cruis baptismā suscepit: et apud quandam matro
nam nobilem noīe eusiticam hospitio se recepit.

Monus.

Quam adhuc gentilem: sua predicatione ad fidē
christi conuerit: et ad sanctum damasum papā ad
durit: qui eam sancti fontis vīda perfudit. Da
masus autem pontifex cī de origine et religione
Baudentis ab eo cunctatus audisset: eum secum
aceruisit: ipsumq; clericum fecit: quem et in sui
seruitio detinens post biennium leuitam ordinā
uit: deinde post septēnium ad sacerdotium p̄mo
uit. Qui sedula exhortatione: populo iugiter ver
bum dñi predicabat: et miraculo: um gloria clare
scerbat. Hā quidam miles romanus nomine Tar
sensins a diabolo obsessus est: clamante demone
per os eius: q̄ nisi illuc Baudentius presbyter
veniret: inde nūq; discederet. Baudentius ergo
de mandato pape pro eo missarum solennia cele
brauit: deinde sacram eucharistiam viro offerēs
demonem ab eo in fumi speciem lefecit. Quo mi
raculo multi pagano: um conuerſi sunt. Cum
autem ariminiensis episcopus defunctus esset: et
populus ipsius vībis ad papam pro petendo p̄
tifice accessisset: Damasus gaudentium episcopū
consecrauit: et Ariminum in pastorem cum popu
lo destinavit. Qui primum ad ciuitatem: q̄ Mar
tina dicebatur adueniens diebus decem: ibidem
moram traxit: et populum multum ibidem existē
tem in fide christi erudiuit: quē miles gentilis: q̄
dūdum egrotus in lecto lacuerat: eius fama com
perta: ad se iugredī fecit: et vt se ab infirmitate illa
curaret humiliter supplicauit. Sanctus autem
episcopus orationem premisit: et militem manu
tenens de cubili sanum erexit: conuersumq; ad
dominum cum coniuge et filio: ac seruis viginti
tres numero baptizauit. Post hec ex ipsa ciuit
ate discedens ariminiū deuenit. Et dum esset
in stinere sociis vīno carentibus: et nimium sitē
tibus aquam in vinum conuertit: et comitibus p̄
pinavit. Ingresso autem ciuitatem occurrit illi
omnis populus cuius multitudine languentium di
uersis egreditur: oppresorum: quos omnes
continuo in christi nomine sanos effecit. Sed q̄
primum in ipsa vībe missam celebravit: mox ido
lis martis in medio adhuc foro positum cecidit: et
confractum est: ceteraq; ola simulachra in diuers
is locis posita similiter corruerunt. Quo mira
culo multi gentiliū ad christi cōuersi sunt. Que
dā neptis eusiticus predicit que gaudentii hospit
io rome suscepit a demonio vexata ad bīm gau
dentii ariminiū adducta: et ab eodē est continuo li
berata. Hic sanctus vir sua predicatione arimini
sem populi ad fidē christi pduxit: multas eccles
ias cōstruxit et dedicavit: multosq; presbyteros et
altiorū ordinū clericos ordinavit. Inter quos leo
nen presbyterum et marinum diacones viros san
tos: qui de dalmatia illici venerant consecrauit:
vt dictum est supra in gestis Martini confessoris
pridie non. septēbris. Post hec cum de manda
to constantī imperatoris apud ariminum ciuita
tem: concilium episcoporum congregatum esset:
multiq; arrani sulti p̄sidio augusti: pauci vīo ep̄
scopi catholici cōvenissent. Baudētius p̄ defen
stone catholice fideiarranis viriliter resistit: sed
q; eis omniō se obuiare non posse vīdit: eorū ve
sanī cessit: et cum sanctis rhophilo: popiliū: et

De sanctis in mense octobris occur. Fo. ccxxxvij.

mercuriali liuiensi episcopis: nocte liuiam clade
stine properauit. Post discessum vero arrianorum:
ad sedem suam rediit: et conuocata synodo catholici
corii: que ab arrianis decreta fuerant reuocauit.
Quendam quoque martianum presbyterum hereticum: no-
lentem ad ecclesiam unitatem reuerti dñm auit: et de ec-
clesia eiecit. Quod audiens Martianus proconsul
sul: qui dicti Martiani presbyteri pcpinqus erat:
episcopum durius increpauit: et multis conuictis
exprobans: mortis ei minas intentauit. Quem mor-
malignus spiritus inuasit et durissime vexare ce-
pit. Luius rei causa milites proconsulis gauden-
tium detectantes: ipsum mane ante solis ortum
clanculum ozantem comprehenderunt: et quasi in vlo-
tionem domini sui extra portam vinculum edure-
runt: et tandem fustibus et lapidibus tutudinerunt:
donec ipse in domino commendans: et pro ipsis etiā
persecutoribus exorans spiritum exhalauit: pide-
mus octobris. Luius corp' in loco qui dicitur ad
lacum in foueam maximam protecerunt: terra illud
ac lapidis obvuentem. Post annos ivo. lxx. cuius
locus sepulture eius cunctis esset ignotus: mulier
quedam erat ceca in ciuitate cesarea: sine cernita:
nomine abortiva. Lui per visum angelus raphael
cum papa Damaso apparuit: et quis uter eo-
rum esset nominauit: ac eidem imposuit: vt si lu-
men oculorum recipere vellet: ad ciuitatem arimi
veniret: et ciuibus nunciatet: vt corpus
sancti gaudentij in tali loco diu occultatum requi-
rerent: et honorabiliter tumularent. Signum quoque
ei dederunt: quia mox inuenio corpore: ipsa lumē
recuperaret: sicut illi eam vera dixisse copiobaret.
Cum autem mulier iam de tali visione confidens:
sed de ductore cogitans iter sola arripuisse: leues
arundinum in manu sua persensit: et ex altera par-
te ductorem preuiu intellexit: summittat enim arun-
dinis potentem. Quo duce ad ciuitatem arimini
peruenit: et visa ciuibus patefecit: qui vnamines
ad locum ostensem accesserunt: et terram effodiē-
tes: odorem mirificum senserunt: corpusque sancti
repertum de fouea eduxerunt: statimq' multe
et predikerat: lumen oculorum recepit. Multe
quoque languentes a diversis infirmitatibus cu-
rati sunt. Corpus autem sancti martyris in tumu-
lo marinoero collocatum est: et ecclesia eius no-
mini desuper edificata.

¶ De sancto Fortunato episcopo. Cap. lxiii.



Fortunatus epi-
scopus iudertine ciuitatis circa
tempora iustini Imperatoris claruit.
Qui in effugiadis spiritibus im-
mense virtutis gratia pollebat:
adeo ut aliquando ab obsessis cor-
poribus legiones demonum pel-
leret: et oratione sua eorum multitu-
dines superaret. Juuenis qui-
dam de tunc partibus virorem
duixerat: q' ad dedicationem ecclie beati sebastiani
martyris fuerat q' nocte inuitata: precedente volu-
ptate carnis deuicta: a viro suo se abstinenre no potu-
tuit: et mane hales plusq' deum erubescens: ad con-
secrationem accessit: mox vero ut beati sebastiani reli-

quie in ecclesiā sunt delate: malignus eam spiri-
tus inuasit: et corā omni poplo vexare ceperit. Quā
presbyter ipsius ecclesiē altaris sindone coope-
ruit: sed hunc repēte simul diabolus inuasit: quia
ultra vires proprias quicq' presumpsit. Nella igit
tur domū delata magis quibusdam traditur libe-
randā: a quibus ad finium dicitur: et in aquam
demergitur: atq' dulcius incantatur. Sed omni-
potentis dei iudicio: duz peruersa arte ab ea vno
demon expellitur: in eam subito legio demonum in-
travit: totq' motibus cepit agitari: totq' vocibus
perstrepe: quot spiritibus tenebatur. Quā paren-
tes eius ad fortunatum episcopū adducentes: cul-
pam eius confessi sunt. At ille eam secū pluribus
diebus detinuit: et orationi instanter incubuit: puel-
lamq' incolumen et plene liberatā remisit. ¶ Alio
quoque tempore ex obesso homine spiritū malignus
eiecit: qui occubente sole in formam se peregrini
transmutauit: et per ciuitatem vadens clamare ce-
pit: q' fortunatum episcopū qui sanctus putabas-
tur: peregrinū de suo hospitio repulisset. Quem
vit quidam mala intēctione: vt episcopū diffama-
ret: hospitio suscepit: et cum vroze et parvulo ad
prunas sedens peregrinū vt se calefaceret: iuxta
ignem posuit. Fortunatoq' de eius inhumanitate:
et q' esset hypocrita detrahere cepit. Post mo-
dictū autē q' peregrinū videbatur: parvulū filiū
eius inuasit: et inter prunas prohiciens animam
eius excusit: statimq' disparuit: et quis fuisset deo
claranit. Alio etiam tempore quēdam ceci signo
crucis sub oculos eius edito: protinus illuminauit.
Præterea equus cuiusdam militis in rabies
vertus fuerat: qui a multis detiniri nequitabat: sed
oēs moribus lacerabat. Sed dñ sanctus vir eius
capiti extensa manu signum crucis edidit: cuncta ei
rabie in māsuetudinē immutauit. Tunc miles equū
māsuefactū scđō ego decreuit offerēdū. Ille autē
dñ recipere recusaret: vicitus precib' digni preciū
tribuit: et sic equū oblatū recepit. Die quāda go-
thi ad iudicariā ciuitatē venientes: duos pueros
rapuerunt. Quorū ducē eps ad se vocans p' pueris
redimēdis quaciq' vellet: p' pueris valde dimisit: puerosq' equis superpositos cū su-
is premisit. Statim autē vt eos secuturū equum
ascendit: equus lapsō pede cū eo coruit: et tibiam
illius confregit. Qui ad hospitium reductus pue-
ros renocavit: et fortunato cōpunctus gratus re-
misit: ac veniam petens eius gratiam implorauit.
Episcopus autē p' diaconē suū aquam illi benedi-
ctam destinauit: quam mox vt super illius coram
asperit: fractura solidata delecto sanus surrexit:
et ascensio equo suum iter peregit. In eadē ciuitatē
marcellus quidam eidem sancto deuotus sab-
bato paschali defunctus est. Enīus corpus cū lon-
gissima effigie deferendum eo die sepeliri nō potuit.
Due igitur defuncti sozores ad eum flentes vene-
runt: et earum fratrem resuscitaret: fidelibus
precib' supplicaverat. Qui dum eas licentiasa-
set: eo p' ex humilitate de se facta nō presumeret.
Subsequēti die officio ante crepusculū cū duobus

Liber

diaconis ad domum defuncti perrexit: et iuxta corpus in oratione dedit. Deinde ipsum surgens ex nomine vocavit. Ille autem ac si leviter dormiens oculos aperuit: et episcopo respexit: atque de eo quod fecerat conqueri cepit: dicens quod duo festino die ad se venerant: qui spiritum a corpore efficientes in bonum locum deduxerat. Ipsa vero die unus missus fuerat: qui enim ad corpus reducere mandauerat: fortunatus episcopus sic a deo petebat. Quibus expletis verbis: marcellus mox ex infirmitate convaluit: et in hac vita diutius mansit. Quienam autem vir scilicet in deo per die idus octobris: et sepultus est in ecclesia tuderina. Ad cuius sepulturam crebra miracula sunt. De gregorius dialogorum libro primo cap. x.

De sancto Fortunato alio epo. Cap. xv.



Fortunatus episcopus

scopus pictaviensis claruit tempore Iustini imperatoris junioris. Qui natione italus primo poeta: deinde in prefatay: bis episcopum sublimatus: vir egregius: ingenio clarus: sensus celer: ore suavis beati martini heroico metro gesta in iiii. voluminibus digesta: hymnos etiam festivitatum singularium eleganter composita: et sanctitate plenus in pace quietuit.

De sancto Iusto episcopo. Cap. lxv.



Iustus episcopus

pus lugdunensis insigni sanctitate resulfit. Qui episcopatu religio cù viatore lectorum eius minister ad heremum egypci se cotulit: ubi multo tempore angelica vitam duxit. Ad hunc reuisenidum antiochus ehs vir sanctus eiusque in episcopatu successor ad heremum accessit: ab eo sanctitatis perspicue exempla reportauit: de quo dicetur infra in eius gestis idibus novembribus. Sanctus autem Iustus in pace quietuit pidiis idus octobris. Quem dum monimentum minister eius defleret: eo quod se desideraret: ille propheticum spiritum eundem portans predixit quod se citio secutur eum. Quod rei effectu probavit euctus: sed viator post dies viii. ad patriam secutus est: vide licet. xii. kalen. nouembri: ut dicitur ibidem.

De sanctis eccl. martyribus. Cap. lxvij.



Trecetis eraginata martyres apud coloniam agripinam passi sunt: qui cum essent milites mauri ex sacra legione thebeorum: et illis trucidatis isti ex eorum consortio aufugissent: a militibus maximiani imperatoris apud ipsam urbem inueniti: et ipsi gladiis trucidati sunt idibus octobris. Quorum corpora condita sunt in basilica: que admirabilis opere ex moyso quodammodo deaurata resplendet: unde etiam et loci incole sanctos aureos illos vocare consue-

Monus.

uerunt. Decysuardus. Ad tamen ponit quod fuerit solummodo trecentiquinquaginta.

De sancto Antiochus episcopo. Cap. lxvij.



Antiochus episcopus

lugdunensis fuit: qui cum adhuc ipius ecclesie presbyter esset: pio incitatus officio ad viensem eius episcopum: qui in egypti heremo mozabatur nomine et actione vere iustum: peregre profectus est: a quo et sancti tatis insignia exempla reportavit: ut dictum est supra in legenda iusti episcopi pidiis idus octobris. Hic fuit vir discretione precipuus: et sanctitate preclarus. Qui etiam non immerito tempore interiecto ad eiusdem pontificatus culmen assumptus est. Quostrenue et feliciter administrator in pace quiescens regnum celeste consecutus est idibus octobris. Sepultus apud lugdunensem in ecclesia sanctorum martyrum machabeorum: in qua et sanctus iustus requiescit.

De sancto Basolo abate. Cap. lxix.



Basolus abbas

apud rhemensium ciuitatem claruit tempore chilperiti regis francorum: ut ait sigibertus. hic ex territorio lemouicensi natus dñs adhuc iuuenis beremum optaret: angelo ipsi apparente ipsum descendente: ad urbem rhemensium deuenit et a sancto egidio epo rhemensi. iii. post remigium susceptus fuit.

A quo et loci ad radices motis rhemensis obtinuit ubi constructo cenobio monastica vita duxit: deinde ad nemorosis motis cacumine ascendit: ubi per annos quodraginta inclusus manes heremi cultor deo seruire studuit. Et dominique penuria sustineret: oratione sua fonte de sarcophago pdixit: quodque in prefensi de loco illo usque ad inferiora defluit. Attila quem dñs dñs et postea dñ circa morte illius venaret: et apud eum canitudo se queret: oper ille cum eet nimis magnitudinis deposita oī feritate ad cellam viri dei venies: et quasi liberari ab eo se perturbis pedibus illius adiuluit iacebat. Quod dñ canes et equites sequerentur: diuina virtute effecti imobiles: ultra viri dñi limites nec accederent: nec retrocedere valebant. Quod cernens atrila de presumptione penituit: et se sancti orationibus commendauit: apud dimisit: eidemque viro dei predicia sua ibidem posita gratauerat concessit. Quidam pro crimine damnatus suspendio: dum iam laqueo astrictus suffocaret. Sanctum tamen basolum menses inuocans: quia iam voce non poterat: laqueo rupto liberatur euasit. Quietuit sine idibus octobris.

De sancta Placidia virginine. Cap. lxx.



Placidia virgo

fuit filia Valentianiani imperato-

De sanctis in mense octobris oc. Fo. ccxxxviii.

ris et Eudoxie Auguste filie theodosij magni. Que spatio seculo adhuc autem sue gallae plas-
cide ieiunis elemosynis et orationis intera.
De huius scientia cuiusdam seni renelatis est: p. eius
meritum sacerdos ipsius placidie honoris nois et gra-
uissima ifimilitate liberata fuisset. Qui et visa
endoris ipsius matre retulit. Et exinde mater istam
in deuotione habere cepit. Cum autem
placidia cum veroque parente: et auia galla ra-
ueniam nanigioveniret: grauissima in mari te
pestas exhorta est. Qui offens beato iohannem
euangeliste pro eorum liberatione voverant
basilicam construendam. Statimque beatus apo-
stolus eisdem apparuit: et tempestate sedata
incolumes ad portum perduxit. Regina ergo
galla ei apud rauennam ecclesiam fabricauit:
in qua sanctus iohannes eidem auguste: et bar-
baciano presbytero apparuit: et sandalium suum
pro reliqua illis dimisit: ut supra ac tum est
in gestis barbaciani predictis kalendas Ianuarij.
Post aliquod autem tempus: placida hiero-
solyma pererit: ubi lustrans loca sancta bien-
nium exegit. Et deinde per venetiā veronam
venit: ibique cuiusdam drute filie orabilis nobilis
matrone surde et mute aurum et lingue facul-
tatem coecitatemque et in christo dormivit: sepul-
ta in ecclesia sancti Stephanus via tridentina
idibus octobris: signis coruscans.

De apparitione sancti Michaelis
archangeli. Capitulum.lxx.



Apparitione sancti micha-
elis archageli noua anno do-
mini. ccccccvij. facta est: vt
autem sigibertus. Tempore enim
childeberti regis francorum et
Justiniiani augusti apparuit
archangelus michael antero
brachacensis epfo supra ma-
re oceanum cōmoianti: ipsu-
mque secundo monuit: ut in loco
maris oceanii insula que propter eius eminen-
tiam tumba dicitur nomini suo fundaret ecce-
liam: volens sibi talem venerationem exhiberi
in pelago: qualis exhibebatur in monte garga-
no. Interessat taurus in eadem insula a latrone
furtim captus ligatus in loco illo. Unde ehs
tertio admonebit: iubetur: ut in illo loco funda-
mentum iaceret: quo taurum ligatum inueni-
ret. Et sicut eum terram pedibus priuissime vi-
deret: sic ecclie ambitus diceret. Que dum
epfo populo recutisset: ad locum nauigio accesser-
unt et taurum inuenientes: et archangelus predi-
cerat: ecclie sunt: costruere coperunt. Due autem
rupes ibidem erant: que humanus inde moue-
ri non poterant: quod officiū impeditabant. Sed
michael cuiusdam viro apparuit: precipiens ut
ipsas rupes inde amouerent: quod tam facile eas

monuit: nihil habere poteris videren. Sicque
ecclesia in honorem archangeli michaelis con-
stitutur: et ex eo tempore sicut in monte garga-
no ita et in ipso loco: quod modo dicitur in pericu-
lo maris: veneratio eius frequentari cepit. In
qua ecclesia pars pallii: quod in monte gargano
angelus posuit: et partes marmoris: supra quod
stetit decultrum. Cum vero aque ibidem penu-
ritam incole pateretur: monitu angelii sonare
in saxo fecerunt: et inde aquarum copia usque in
presens largius emanauit. Hee autem appar-
atio in dicto loco celebratur. xvij. kalē. novemb. is.
Ilie enim mons oceanum cingitur: sed bis in die
festo sancti michaelis predicto iter prebens
populo aperitur. Cum autem quodam anno co-
piosa turba ad ecclesiā pergeret contigit mu-
lierem pregnantem victimaque partui ex deuotio-
ne archageli secum ire. Et ecce magno impe-
tu vnda rediit: et ois turba timore concussa ad
littus fugit. Sola autem mulier granua fugere
non valuit: sed a marinis fluctibus capta est.
Et michael eidem inter vndas astitit: qui mu-
lierem illesas seruauit: que et in medio pelagi
filium parturuit: que et in vlnis suscepit la-
ctavit: et angelo duce cum puerō ad littus ille-
sa peruenit. Tēporibz karoli regis dux qui-
dam fenogallus nois sergius habens uxorem
grecaz nois margaretam: dum prole careret: bo-
nis elemosynaribz operibus solite insudans
subito leprosus effectus est: quod plurima expen-
dens in medicis: nulla medicamina percipere
poterat. Dum autem pro sua salute deum lugis-
ter exoraret. Nocte quadam michael archange-
lus eidem in somnis apparet: enique admonuit:
ut ad ecclesiā monasterij ab angelo electaz: quod
brentalis dicitur: vistandaz accederet: indeque
salutem protinus reportaret. Qui expergefa-
ctus mane coniugi et militibz visa narrauit. Se-
quenti quoque nocte eidem dormiit: isterne angelus
astitit: et iussa predicta replicauit. Qui
dum loci sibi non esse respodisset notum: ange-
lus addidit: ut nani cum uxore et militibz suis
ascenderet: eamque ad locum deducendā ange-
lice solicitudini cōmitteret. Qui iussa persi-
ciens namem cōscendit flantibusque ventis pro-
sperisynius noctis et diet spacio ad locum san-
cti michaelis: quod brentalis dicitur super mare
adriaticum habens monasterium: quod bren-
tale dicitur sine de brundulo angelo duce per-
uenit. Et dum se mane ad portam applicuisse
miraretur: et locum ignorantes ubina essent ab
incolis sciscitarecurab eisdē se ad ecclesiā pre-
fatam archageli appulisse didicerunt: qui deo
gratias agentes uanum exierunt: cunctaque nudis
pedibus ad ecclesiā processerunt. Sed dei mi-
sericordia auct̄ dux ecclie ingredere ostia
confestim ab omni lepre mundatus est macu-
la. Tunc dux sanus ad dominum rediit: et oibus

venditis medietate pauperibus tribuit: aliam me
dictatem ecclesie sancti michaelis obtulit: et ibidē
cum cōiuge perpetuis temporibus deo seruunt.

De sancto gallo abbate. Cap. lxxii.



Ballus abbas

ex hibernia claris parētibus na
tus et sancto columbanio in disci
pulum tradit⁹: ab eodē sacris ex
litteris eruditus: et monachus
ipsius effectus ad sacerdotium
promotus est. Columbanus autē
in galliam namigans cum apud
luxorū cenobium cōstruxerit:
sigiberto rege annuente: ibiqz
cum gallo et alijs discipulis deo seruire curarunt
persecutione regis theodorici et brunichildis re
gine inde expellitur: eo q̄ a sancto columbanio ar
guebatur: q̄ relicta cōiunge cōcubine amplexibus
fruebatur: ut dicetur infra invita colubani abbatis
x. lxx. decēbris. Inde igitur columbanus ad theo
dobertū austrasiorū regem perueniens infra par
tes allemanie iuxta fluminū lidinacū habitandū
cum discipulis: ab eo locum obtinuit: qui tuconia
dicebat: cuius loci incole adhuc idolis seruiebāt:
vbi gallus fidē trinitatis predicare et phana ido
lorum cepit exurere. Sed du⁹ habitatores loci ser
uis dei ex hoc persecutiō excitarerit: relicta tuco
nia colubanus cum discipulis ad castrū arbonam
accessit: et a p̄bbytero vulmario gratiārē except⁹.
Qui eos locum edificati monasteri⁹ antique stru
cture docuit: et illucqz perduxit: vbi ecclesia⁹ in
honorem sancte aurelie et cellulas cōstruxerit: et
ibidem populi⁹ docere in xp̄i fide coperit: idolis
qz in locum demeritis ecclesia⁹ dedicarū. Ibiqz co
lumbanus cum gallo et alijs discipulis triēni⁹ re
sederunt. Cum autē nocte quadam gallus p̄sca
tioni insisteret audiuit de montis vertice demonē:
quandā alium existēt in pelago vocant: ipm̄qz
ei respondentē: et vtrunqz ipsorū se de hospite gal
lo conquerentē: q̄ eos de sede propria eiecent.
Qui signo crucis edito demones in fugam vertit:
et ventem abbate sibi audita rettulit. Illeqz dum
fratribus aduo catis deo laudes erolu eruerit: audi
te sunt voces demonū perstrepentī: et scitis per
secutionē illaturos se acriter cōminantī. Dux an
tem regionis noīe gunzonus: audītēs q̄ sancti dei
cultum deorum suorū euacuarēt: missis famulis
suis iussit illos inde discedere. Qui vaccaz mona
chorum abstulerit: et duos ex fratrib⁹ occiderit:
illos quoqz ab eorum finib⁹ discedere precepe
runt. Sed dum colubanus ad gilosum regem ita
lie properare d̄sponeret: gallus egritudine pres
sus ibidē remāst̄: et a p̄bbytero vulmario devote
hospitio suscep̄tus fuit. Postq̄ autē gallus de
languore cōsulauit: p̄bbyteri⁹: vt sibi locus aliquē
grate solitudinis ostēderet: solicite requisivit. Cu
iis iussione diaconus eius noīe hildegoldus ad
locum optimum illum adduxit. Qui cum die tunc
gro leūnī peragrassem̄: gallus ad flumē veniēt:
missis r̄bete p̄sciculis cepit: et ipsi⁹ assatis pariter
cum diacono cibum sumpfit. Ibiqz vterqz ipsorū
una nocte quieuit. Ballus vero crucem lignistā in

terram fixit: et ad eam capsellā reliquiarū: quaz se
cum tulerat appendit: et ante illas p̄stratus in ora
tionem pnoctauit. Lūqz mane ingēs ad eos v̄sus
descēderet: et micas q̄ ab eis remanserat lingeret:
precepit ei gallus vt ligna in ignem mitteret: v̄
sufqz primus obediuit. Qui vir dei quasi pro mer
cede panē p̄orexit. Mane vero diaconus ibente
gallo ad flumen accessit: vt pisces iterum aliquot
caperet. Huius autē demones in specie mulierū nu
darum eidem apparuerūt: sed ad orationē viri dei
continuo evanuerūt. Lūqz ad locū p̄eiusum de
ueniēt: et serpentū ibidem multitudinē reperi
sent: oratione galli serpentes oēs inde fugati sunt
vscz in p̄fensa. In ipso igitur loco cuž triduo per
manserunt: et ibi gallus locum sibi solitudinis ele
gisset: ad reiūendum suum hospitē p̄esbyteri⁹ re
dierunt. Cum igitur ibidē per dies. vii. refedisset:
gunzonus dux misit ad p̄esbyteri⁹: orans vt gallū
ad se adduceret: eo q̄ filia eius immūdus sp̄ns in
uasisset. Qui per os puelle clamabat: q̄ ideo filia
ducis oppreserat: q̄ pater eius gallū abbate vna
cum magistro columbanio de possessiōe sua eiece
rat. Ibec igitur puella sigiberto regi fuerat despō
fata. Qd̄ cum rex sigibertus audisset duos ep̄os
ad puelam misit: vt suis eam orationibus libera
rent. Sed demon ex ore puelle eorum occulta eis
obsētēs illos deridebat: et q̄ nisi a solo gallo inde
posset eis̄cī affirmabat: pater igitur puelle afflis
tus iterum legatos ad p̄esbyteri⁹ vulnari⁹ desti
nauit sine mora gallum sibi adduceret: vt eius
filia liberationē consequi posset. Promittens illi
q̄ virum dei in constātiensem eis̄m promoueret:
si demonē ab eius nata expellere posset. Jam autē
gallus ad locū electe solitudinis reuersus erat:
et quietem mentis eligēs duos discipulos in mi
nistros assumperat: et ad ducem venire recusans
se ad italiaz columbanū reiūsum pretendebat: eo
q̄ miraculī gloriā formidabat. Tandem victus
precibus legatorum et vulmari p̄esbyteri: iohannē
diaconum et socium secum assump̄it: et nauigio
ad ducem in castro burningio peruenit. Inue
nitqz puelam iacentem vincit: et a demonio tri
duo ieiunio tabescitam. Qui orationem ad dō
minus fudit: et in christi nomine demoni impēra
vit: qui morte ex ore eius in speciem nigri corvi ob
scensit: et fetozem sulphureuz in loco dimisit. Dux
vero multa ei dona obtulit: que vir dei accipiens
ea postmodum omnia in pauperum v̄sus expen
dit. Cum autem illum in ep̄iscopum velle p̄fici
cere omnino renuit: sed iohannez diaconum disci
pulum suum obtulit. Ad cuius nutum in eum om
nis populus ep̄iscopū constātiensem elegit. Rep
autem sigibertus audito q̄ puelle liberata suis
ser: misit ad patrem vt eam sibi desponsatā trans
mitteret. Que cum ad eum venisset: et modum li
berationis eius sigibertus audisset. Gallo abba
ti pecuniam copiosam misit: de qua sanctus cel
lam et ecclasiā edificauit. Quam rex et dux pre
dīs et possessionibus dotauerunt. Cum autem si
gibertus sponsam suam sibi velle contiguo socia
re: audiuit ab ea q̄ pro eius liberatione votum pu
dicavit emisisset. Et de consilio galli abbatis ne
eius propositum auerteret: ipsam in cenobio ma

De sanctis in mense octobris occur. Fo. ccxxxix.

trem virginum multarum esse constituit. Deinde vir domini a gonzono duce ad vibem constantiam ad vocatus: ut consecratione iohannis episcopi presentis esset: verbum domini in populo mirifice predicavit: et multos ab errore gentilitatis ad christi conversionem traxit. Episcopo quoque formam gubernante sibi et commisso ecclesiastice prebuit. Atque postmodum ad cellam suam in heremo rediit: ubi plures discipulos congregauit. Deinde rogat auxilium presbytero: relictio monasterio ad dominum eius per dies aliquot dimitit: ut ei monita salutaria preberet. Et cum omni populo in ipso castro verbis domini predicassem: post dies duos febre correptus diebus xiiij. languore pressus iacuit: et cum esset annorum xxi. ad extrema deduxit in domino quietum. xvij. kalend. novemboris. Quibus corpus in castro burinio sepultum est ubi et miraculis vivit.

De sanctis Duxentis et Septuaginta martyribus. Capitulum. lxviii.

Duceti et septua-

ginta martyres Christi apud apri-
cam coronati sunt et sancti marty-
res martianus et satyrianus cum
duobus fratribus et maxima vir-
go egregia ancilla Christi sub per-
secutione vadalice gergerico rege
arrivano. Qui primo nodosis fusti-
bus cesis et usque ad ossa laniatrici
multo tempore talia pateterunt: sequentie die incolu-
mes reddebanter. Postmodum autem dura custodia
mancipiati: et artati in nemo de virtute soluto cip-
po liberati sunt. Ob quod miraculii. Maxima libe-
tati sue redditia: materque multarum virginum esse
eta in confessione Christi confessauit. Sancti antez inter
mauros ferocissimos relegati: cum predicatione sua
multos ad Christum convertissent iusus gergerico ligas-
tis pedibus post terga currerunt quodrigarii inter spi-
nosa loca silvarum tracti: et discepti spinis emiserunt
xvj. kal. novemboris: ut ait Ado in martylogio suo.

De sancto Magnobono epo. Cap. lxviii.

Magnobonus

episcopus andegauensis claruit
temporibus dagoberti regis: quem
rex sans ipsius coperta ad se ac-
cessit fecit. Cum ergo ciuitates
ingressus esset: compediti qui erant
in ergastulis eius patrocinium im-
plorabant. Ille vero indicem adiicit:
et ut reos amore Christi solueret: ex-
orauit: quod ab eo repulsum dum ecclesia intras oras-
set: subito compeditibus fractis et carceribus referatis
inclusi absoluti sunt. Cum in pedio quartana-
co eius dioecesis puer a demoni rapta esset: inter
vepres et rupes colliditur: et semiuirus secundus epo et
parcitur offertur: quod demon Christi nosse invocato
a puer electus: et ipsum sanum parentibus restituens.
Quadam vice dum flumen cum foctis veler transire
nauem cospexit ab alia parte fluminis ductore ca-
rentem. Sed dum orasisset: nauis sine remige cis-
flumen ad eum venit: et ipsum cum foctis sine uolo
gubernante trasuerit. Clerum tempore famis in-

gruentis dispensatori suo certam numerum summa pauperibus distribuenda dedit: quam ille in dispense duplicata inuenit. Abbas quidam eius emulus ad eum veneno poculandum quosdam miserat. Sed sanctus vir hoc per spiritum cognoscens nuncios abbatis benigne suscepit: et eorum intentionem eisdem aperuit: atque sic eos ad penitentiam provocauit. Quietum autem in pace vir dei. xvij. kalend. novemboris: sepultus in ecclesia sua.

De sancto Ambroso epo. Cap. lxxv.

Ambrosius epi-

scopus bituricens. apud eandem ciuitatem claruit tempore pipini re-
gis francorum: qui vita et sanctitate
eximius et doctrina prefulgidus
gregem domini sibi commisum verbo
et exemplo fideliter enutravit: et vir-
tutibus plenus in pace quietus. xvij.
kal. novemboris: ut ait ado in marty-
logio ex dictis hieronymi super-
Ambrosio confessora. Cap. lxxv.

Ambrosius ale-

xandrinus confessio didymus au-
ditor apud alexandrinas floruit.
Qui multa sapientia pollens: vo-
lumen de dogmatibus multorum
versuum aduersus apollonium
scriptit. Commentarios quoque in
nobis elegantes composuit. Et tem-
pore theodosii junioris apud fa-
tum virorum in domino quietus. Nec hieronymus
libro de viris illustribus.

De sancto Herone epo et martyre. Cap. lxxvi.

Ihero episcop-

et marty: post beatissimum ignatium
antiochenum rexit ecclesias: sicut
eidem ignatio ad passionem per-
genti fuerat diuinus reuelatus:
qui episcopus factus ut magistri viam
plus imitator secreto: pro com-
mendato sibi grege amator Christi
occubuit. xvij. kalend. novemboris.

De sancto Privato martyre. Cap. lxxvii.

Privatus mar-

tyr: sub alexandro imperatore ro-
me passus est: quod cum esset miles
plenus ulceribus: videns qualiter
sanctus calepodius presbyter et
martyr besti calixto pape in cu-
stodia detinatur: nocte cum immen-
so lumine apparuit: ipsum blan-
dis exportationibus confortauit: ad pedes calixti
procidit: et pro sanitate sua instantius erat. Quem dum calixti sacra fonte perfunderetur ab
omnibus vulneribus curauit: ut supra dictum est
in passione beati calixti pape pridie idus octobris.
Quod audiens alexander imperator: post passio-
nem calixti priuatum teneri fecit: et in christi con-
fessione manente: tam diu plumbaris sedi donec

deficeret: cuius corpus aeterius presbyter iuxta corpus beati calixti sepelitus: xvj. kalen. nouembriis.

De sancto Luca euangelista. Cap. lxxix.



Lucas euāgeli-

sta natione syrus ex antiochia ciuitate viuis fuit ex septuaginta duobus christi discipulis: ut abbas dorothens scribit: vel ut dicit hieronymus: discipulus fuit apostolorum: postea paulus secutus est vsq; ad passionem seruens dominum sine criminе. Dic sapientia eruditissimus grecis sermonibus non ignarus: arte medicus extitit: prius corporibus: deinde aibabus prestans medelam. Nam verba eius languentis anime sunt medicina. Dic euangelium sicut audierat scripsit in grecia in partibus videlicet achate: theophilo episcopo discipulo suo: cum iam scripta essent euāgelia per mattheum in iudea litteris hebreacis: et per marcam in italia latinis. Hic tertius scripsit in grecia litteris grecis. Qui etiā eodē grecō sermone actus apostolorum sicut viderat ipse composuit: quem plurimiq; tradunt fuisse proselyton: et hebreas litteras ignorasse: eo q; quicquid scripsit: grecō sermone composuit. Euāgelium autem suum ipse dicit ab apostolis: sicut ipse in prologo suo eidem testatur theophilo. Cum em̄ non fuerit cum christo in omnibus actibus et miraculis christi: ideo suum euāgelium script̄ fm̄ quod apostoli: qui presentes fuerant ipsi intimauerint et rectulerunt. Creditur quoq; q; es que de incarnatione dñi et nativitate et infantia meminit: a beata virgine dicitur. Ideoq; predicta super alios euāgelistas plenius et copiosius explicavit. Nam et eidem dei genitrici familiarissimus extitit. Quins euāgium a paulo mirabiliter approbarat est: quando ad confirmationē dictorum suorum luce euāgeliū adducebat: vnde quidam suspicati sunt: q; quandocunq; paulus in epistolis suis dicit: fm̄ euāgelium meum: de luce significare volumine. Actibus vero apostolorū ipse beatus euāgelistā p̄fēs fuit: et ea cuncta oculis suis prospexit. Nam et tempore passionis domini tam christi discipulus esse cuperat: quod patet ex eo: vt quidā tradunt: quis ipse aliis discipulis cum cleopha nominatim expresso fuerit: quibus dñs euntibz in eis dies resurrectionis apparuit: qui ex humilitate nomen suum conticuit. Ipsiōn̄ igitur actuū volumen vsq; ad quartū imperii heronis annum texens hystoriam iurbe compilauit: vt eius tamē scripta indicant pauli apostoli sectator fuit: et omnis eius peregrinatiōis comes individuus. Nam et gesta solius pauli in cibis apostolicis prosequens: cum eidem volumini finem facit. Dic ab inueniente pueritia castissimus fuit: et sine criminē virginitatem corporis semper seruavit. Nam neq; uxorem neq; filios habuit: et in opibz euāgeliī predicationis ingiter laborauit. Crucis quoq; mortificationem et tradit ecclesia: in suo corpore pro noīs christi honore portauit: quia et carnem suam mira penitentio afflxit. Fertur quoq; q;

lucas euāgelistā artem pictoriā habuit: et in ipsa solemnis operariis fuit. Nam et rome due extant imagines: una christi in sancta sanctorum: et alia dei genitricis in ecclesia sancte marie maioris: per quas deus miracula retroactis temporibus ostendit: quas lucas dicitur depinxisse: formam vultus saluatoris et matris naturalem assimilantes: et eas veraciter representantes cōstantinopolit etiam alia pictura beate virginis habetur: que forme matris domini dicitur esse simillima tā ab eodem euāgelistā traditur fuisse figurata. Deniq; beatus Lucas sanctitate plenus et mundicia obicit in bithynia plenus spiritus sanctus: etatis sue annum. lxxiiii. Ibiquē sepultus est xij. kalend. nouembrii. Luius ossa regnante constantino imperatore anno. xx. imperii eius cum re liquis andree apostoli constantinopolim transita sunt: licet clues padue vrbis: ipsum corpus p̄fentialiter fabulentur se habere in ecclesia videlicet sancte virginis iustine.

De scio Justo puerō et martyre. Cap. lxx.



Justus marty

puerulus annorum. ix. apud ambianē oppidum passus est sub rictionario preside. Qui natus antistodori clara psapia: patre iustino matre felicia: in tenera etate deo deditus spiritum prophetice meruit obtinere. Cum em̄ pater iusti fratré quendam iustiniānum nomine habuisset: qui de cinitate illa dum esset adhuc puer dudum furto sublatuſ fuerat: et ambianum dicitus negotiatori cūdā nomine lupo christiano venditus: adhuc in seruitute manebat Justus per annos. ix. propheticō spiritu hec omnia patri nunciavit: et ad re quirendum patrum omnino se velle accedere dicit: qui tamen numq; patrum viderat nec nominari audierat: eo q; anteq; iustus genit̄ esset: per annos multos ille raptus extiterat. Dum autem pater puerum revocare nō posset: eiusq; verba quasi puerilia derideret: ab eo tamen multis victus instans: puerum assumpsit: et ambianū secum perexit. Qui dum venissent: ad castrum militem pauperes christianos esca refocillarunt: Justus vero pauperti nudo reperto tunicas suam tribuit. Sed dum ambianum venissent: a predicto lupo ne sociatore occulte quidem christiano propter metum rictionari presidis hospitari sunt. Qui causaz eorum aduentus exposuerunt: et seruum quem habebat se redimere precio obtulerat. Lupus vero omnibus famulis suis conuocatis: et suum recognoscerent: iustus patruū quez nunq; viderat per spiritū recognouit: quem tñ pater eius iustiniāt germanus: iam grandeū effectū vix recognoscere valuit. Cum autem presidi nunciavit fuisse: q; christiani peregrini in domo lupi laterent. Ille iustiniāt seruit absq; vlo precio libertati donauit: et ipsuz cum iustino et puerō iusto nocte die ciuitate dimisit: mane aut̄ custodes rictionari ad domū eiusvenientes ola perscrutatur: et non inuictis illis in iusti presidis eos in equis cursoribz inseguuntur.

Lungz sancti iuxta fontem pranderent: et milites a longe conspergunt: puer quidem patrem et patrum inter frondes abscondit: ife vero in arbo rem speculator ascendit. Ad quem peruenientes satellites: dum parentes non inuenierunt: puerum se professum christianum decollauerunt: et continuo abierunt. Corpus autē truncū per seipsum se levavit: et caput manibus sustulit: atqz ad parētes accessit. Quibus pateuitibus caput lingua clare loqui cepit: deū collaudās: et patrē ac patruū admonēs: ut corpus suū ad ciuitatē beluacū delatiū sepeliant: caput vero ad matrē pro eius consolatiōne deferant. Quibus dictis corpus mortuū cedit: et spiritus celos petiit: lux quoqz celica defū per immensa coruscavit. Illi igitur corpus ad territorium beluacense portates: illud ibidem seplerunt: et antistodori regressi caput matrē obtulerunt: omniaqz gesta narrauerunt: quod illa ut caput martyris suscipiens reverenter digno loco reponuit: et ipsum pro reliquiā denotionis conservauit. Sanctus autem amator eph post decursum temporis caput iusti martyris in locobiū ipse decreverat: collocavit: ubi puella ceca a nativitate anno xvi. lumen oculorū recepit. In loco autem sepulture eius in territorio beluacensi basilica eius nomini edificata est. Sed interiecro tpe caput eiusdē beluacū translatū in sacrario ecclesie sancti Petri reconditiū est. Passus est sanctus martyr. xv. kalen. nouembri.

De sancta Tryphonie regina. Cap. lxxxi.

Tryphonie regi na vero quondam decisi Cesariis fuit. Que post passionē martyrii hippolyti et socio et hoc modo conserua est. Lii enim decius cesar et valerianus prefectus serōs martyres hyrenē et abundanti necari in cloacā fecerint: de quibus supra in eoz passione dicti est. viij. kalē. septēbris. et elapsis diebus xxvij. ambo in carruca cōsedentes ad amphitheatrum descenderent: ut ibi sanctos martyrii sacerent: vterqz eoz a demonio arreptus clamare cepit: q̄ enī sancti martyres laurentius et hippolytus cruciarent: et post diras voces valerianus ibidē expiravit. Decius autē ad palatiū reductus per tridū a diabolō exsabatur. Tūc eius nomine tryphonie oēs sanctos in carceribus detētos dimisit. Finito vero triduo decius clamās se a laurēto torqueri: miserabiliter vitā finiuit. Quod vidēs tryphonie cū filia eius cyrilla puella virginē cōuersa est: et ad Justinū presbyterū venerunt baptismi gratiā postulantes: qui indixit eis festū septem dierū: et eas postmodū sacri fontis vnde perfudit. Quibus ad dominū suā reuersis: tryphonie de sequēti orans ad dñm cum lachrymis emisit spiritum: cuius corpus iustinus presbyter iuxta corpora hippolyti et sociorum sepelinit. xv. kalendas nouembri.

De sancto Asclepiade episcopo et martyre. Cap. lxxxii.



Ascepiades ephus antiochenus et martyris apud eandem civitatem passus est. Qui unus fuit ex preclaro confessorum numero: qui sub decio cesare passi sunt. Dic enim pro confessionalē nominis christiani capite trācatus martyrio coronatus est de cimoquinto kalendas nouembri ut dicitur ad.

De sanctis Prolemeo et Lucio martyribus. Cap. lxxiiij.



Ptolemeus et lucius cū quodam tertio martyres tēpore antonini pī augusti positi sunt apud alexandriam ciuitatē. Qui prolemeus a quodam cētūtione detentus eo q̄ xpianū diceret: undiqz carcerali custodia macerat: ab eodē iudicii vbiō traditus est: a quo interrogatus dum se xbm colere vīla voce profiteretur: capitali sententiā dānatur. Dumqz lucius: qui christianus occulitus: indicem de tanta impietate argueret: eo q̄ nullius reum criminis innocēter dānasset: interrogatus quoqz ab eodē se xpianū fore similiter assereret: simili vltione punitus ad iudicat. Sed et quidam tertius pari vīlo libertate: pari quoqz dānatione condemnatur. Qui oēs simul decollati martyrio coronati sunt. xiii. kalē. nouembri.

De scō Ethibino professore. Cap. lxxiiii.

Etibinus in hibernia claruit: tēpore mauritish imperatoris. Hic in britānia natus in domo paterna vīlō ad annum xv. liberalibus disciplinis instruētus est. Doctissimō ei p̄tre ab ipsi genitricē sancto fam̄psoni dolēsi episcopo oblat: ab eodē clericus factus est. Oneris ipius sacro velamine consecrata: qui postq̄ predicto episcopo annis aliis quod adhescit: t̄ artiori se vite traderet: ad sc̄m similiātū abbātē accessit: a quo in monasterio qd̄ rauracū dicīt: monastici habitū suscepit: q̄ etiam ad diaconatū promotus serō vignaloco sacerdoti: et eiusdē loci monacho sociatur. Tūc autē cū predicto serō quadā vice itineraret: et leprosum alpeū horribile inveniens: ethibinus iacentem cespit brachis sustinare: dumqz ille dolore narium torqueri se diceret: et nullum sibi adesse remedium nisi oris anhelitum exprimeret: vignalocu s cōpatiens nasum horridum et vlcerosum in ore suscepit: quez ethibinus per latera sustinuit: respiciebatqz sursum: vidit crucē auream angelosqz pauperi obviantes. Tūc leprosus viros dñi cōfortans se christum esse protestans in nube raptus nūc comparuit. Illi vō domini gratias agentes alterius meritis vīclissim vītouē ascribebat.



Liber

Dum igitur franci britannia deuastassent:
ethibus hibernia petes in silua neceti tugu-
rū et ecclesia parva fabricauit: in qua deo assi-
due seruire cepit: miraculis etiā clarēs claus-
dum vni erexit. Mulier quedā ad eis veniēs
per salutē filii sui paralyticū lōgeqz positi sup-
plicauit: dices q̄ beata virgo brigida illam ad
ethib⁹ misisset: vt eius filium liberaret. Qui
suis orationib⁹ filio mulieris illius salutē
impestrauit. In ipso autē loco pane soli⁹ et aqua
bis in hebdomada se refecit: et anno x. lxxix.
in pace quietuit. xiii. kalen. nouembri.

De sancto Maximo martyre et le-
uita. Cap. lxxxv.



Maximus mar-
teuit et vir sanctus tempo-
re dech cesaris apud ambia-
nensem puincia passus est.
Qui cū esset plebeius patie-
di desiderio inquietibus se
pesecutoribus palā ostēdit.
Et a preside comprehensus
post respondiū eius constan-
tiam dñi xp̄m cōfiteretur: in
equaleo suspensus ac diutius tortus est. Quia
dū preses cesariā eius filia nimis speciosam
in vroze p̄mitteret: si dīs sacrificare cōsentis-
ret: et ille se mariā virginē dei genitricē habe-
re spōsam assereret: ac omnino sacrificare re-
nueret: sustibus diutissime cedēt: deinde ad
carcere duci inbetur. Qui dū duceret emisit
spiritū. xiiii. kalen. nouembri.

De sanctis Laprasio Primo et Felicia
no martyribus. Cap. lxxvi.



Laprasius mar-
 primo et feliciano fratribus
passus est in gallis ciuitate
agenensi sub daciano presi-
de. Cum enim caprasius chris-
tianus occultus timore pre-
sidis propter rabiē persecu-
tions declinata iuxta vibē in
rupis spelunca lateret: au-
diens qualiter beata virgo fides per xp̄o ago-
nizasset: de qua supra in eius passione dictū
est pridie non. octobris. astatu ad tolerantia
passionis oravit ad dñm: ut si enī dignū gloria
martyrh iudicaret: ex lapide spelunce aqua
limpidissima emanaret. Quod prestante dño
statim obtinuit. Super hec vidit per sp̄m co-
lubā nūcā de celo descendēt: coronā auro
gēmisqz fulgentē super caput fidei virginis
imponentē: que vestibus fulgidis erat orna-
ta: et angelis comitata. Ipsa vero colubā ala-
rum volitatu et rōe celesti: idem in quo virgo

Monus.

Iniecta erat extinxit: et ad celos subito aduo-
lauit. Nū autē hec omnia caprasius cōspexisset
certe ad certamen cucurrit: et christianū se co-
ram daciano cōfessus fuit. Quem ille deten-
tū vngulis laniari fecit. Ita ut primus et feli-
cianus fratres eius exemplo patientie cōuer-
terentur: et se xp̄m colere faterentur. Quos
omnes insimul vincitos: preses capite cedimā
dauit. Quorum corpora in eodē tumulo iage-
nensi civitate a christianis sepulta sunt. xiiii.
kalen. nouembri.

De sanctis vndeclim milibus vir-
ginibus. Cap. lxxvii.

Undecim mi-
lia virgines cū soch⁹ earum
apud coloniā pasce sunt sub
bunorum principe iuliano.
Quarum omnīū principali-
or auctrix et signifera fuit
beata vrsula. Nec filia vnta
regis scotie xp̄ianissimi no-
mine mauri sapiētia mirabi-
li et pulchritudine insigni pol-
lebat. Quā ret anglie nimis prepotē missis
solētibus nichil: filio suo in cōiugis: multis
pmisionib⁹ et blādītis postulauit: adhucīs mi-
nas: si ad enī legati vacui reuerteretur. Pater
autē viginis cū trā regis anglie formidaret: qđ
ageret anxiabit: nec enī volebat deī offendere
re filiā suā hoc gētili tradēdo: nec viginis sa-
crū propōstū impedire: eius pudicitā quam
deo vouerat perturbādo. Virgo autem dñi
divina revelatione fmonita p̄i suaſit: vt pre-
dicto regi alienum p̄beret: ea tamē cōditiō-
ne vt iuuenis baptizare: et p̄ trienniū in fide
instruere: et q̄ sibi a patre iuuenis et a suo x.
virgines electe et speciose in socias daretur: et
ta sibi q̄ illis mille virgines subscriberent: et
naues vndeclim minute ad opus earū fabrica-
rētur: quatenus dicto triennio p̄ mare ludēdo
discurreret: et virginitatē suam domino dedi-
carent. Hoc autē virgo poposcit: vt interim coe-
uas suas xp̄o virgines cōsecraret: et spōsum
ac patriam ad fidem adduceret. Quod paren-
tes et iuuenis fieri cōsenserūt: ipsogz cōtinuo
baptizato naues fabricari p̄cepert. Omnia
igitur festinatius parantur: virginesqz de di-
ueris mūdi partibus cōgregantur: et omnes
vſule p̄sentantur. Pater autē eis honorabile
comitatū multo et episcopoz et baroni⁹ an-
glie et scotie tradidit: et necessariorū copiā
ministravit. Multū quoqz ad tam grande spe-
ctaculum de diuersis vibibus conuenerit. In-
ter quos fuit pāthulus basilien⁹. episcopus: q̄
eas vſqz romā perdurit: et inde reuersus cum
eis martyrib⁹ suscepit. Sancta quoqz gerasma

regina siccile: que virum suum conuerterat soror: matrē episcopi: et darte matris sete vīsūle cū quatuor filiis: scilicet babila: iulia: victoria: et aurea: et pannulo suo adriano: cū hoc per litteras patris vīsūle cognouisset. Relictoqz regno in manu alterius filii: p. mare in anglam nauigauit. Quis consilio: et etiā industria tam naues q̄ oēs virginis regebātur: et sic in nouam christi militiam ab oībus coniuratur iuxta condicū igitur triēnio per mare discurrunt: et omni ludorum genere se exercitantes: modo belli preludia inchoant: modo fūgam simulat: modo aliud singūlū: quod animo occurrebat. Quidam postqz vīsūle ad fidem et predictam oēs christi virginis conuertisset: sub ynius diei spacio flante prospero vento ad portum gallie: qui cœla dicitur applicantes: inde colonia sunt delatae: vbi angelus domini vīsūle apparuit: et predixit eas illuc integro numero reuersuras: et coronas martyrum percepturas. Ad cuius admotionem inde venerunt basileam: vbi relictae nubibus pedestres venerunt romā. Quas papa Zyracus gaudenter suscepit: quia de terra earum erat: et multas ibi consanguineas habebat: pluresqz ex ipsis nondū baptizatas sacro fonte perfudit: qui diuinam reuelationem in somnis accepit: ut cum ipsis relicto pontificatu discederet: et corona martyrum cū eis acciperet. Et cum anno vno et mensibus duobus et diebus viginti ecclesie recesserunt in iuris cardinalibus et clero romano papatus resignauit: et cum vincentio presbytero cardinale et multis alijs virginis se collegio sociauit. Et quia inutis omnibus pontificati reliquit: nomine eius de catalogo pontifici cleris abraſit. Quidam autem duo iniqui principes romane milicie: scilicet maximianus et aphricanus: q̄ per sacras virginis multi ad eas vndiqz concurrebentes ad xp̄i connvertebantur: explorata earum via: miserunt per litteras ad Julianum cognatum suum ducem gentis hunc: ut apud coloniam contra eas exercitum diceret: vbi virginis cum sochis trucidaret. Secuti sunt autem eas una cum summo pontifice predicto iacobus episcopus antiochenus: qui de britannia patria sua yeniens septem annis ibidem sedenti tenuerat: et romanam curiam visitare venerat. Macritius quoqz leuitanus episcopus annunculus babile et iuliane: et follarius episcopus lucensis cū alio presbyteris et clericis multis. His etiā occurrit sponsus beate Ursule ethereus nomine patre suo iam christiano defuncto et matre cum sororibus baptizatis: qui diuinam iam reuelationem habuerat: ut sponse sue occurseret: et cum ea palmā susciperet: qui secum de britannia socrum daram adduxit cum parvula sorore nomi ne florentina: et quandam clementem episcopum. His etiam se rome coniungerat marculus episcopus grecie cū sorore sua constantia filia dorothae imperatoris constantinopolitanus: qui cuiusdam regis filio nuperat: sed eo ante traductionem morte puerorū regitatem suam christo deuouerat. Omnes igitur virginis cum predictis epis et multis alijs colonia redierunt: et ipsam iam ab humis obfessam inuenierunt. In quas irruentes barbari velut in oves lupi: totam illam gloriosam multitu-

dinem gladiis peremerunt. Sicqz coronam martyrum percepérunt. Cum autē vidissent vīsūle pulchritudinem: manus retraperunt. Sed cū impio illiano humorum duce nollebū nubere: nec idolis immolare: ille contēptū se videntis: directa sagitta eā in corde transfixit: et sic illa ad dominū migravit. Quidam autem virgo nomine corvula timore perterrita in nau nocte illa se abscondit: sed in crastinū morti se offerens martyris coronam suscepit. Quarum corpora a fidelibus collecta: apud coloniā honore codiglio tumulata sunt: et honorabilis ecclesia cū notable monasterio virginis ad membris earum fabricata sunt. Passe sunt autē virginis vī decim milia cū sochis earum duodecimo Kalendas novembrie: circa annum dñi. cccl.

De sancto Hilarione abate. Cap. lxxviii.



vniuersitatem peccatoris: qui in illa glacie purgabat: qui liberari posset: si tringinta missas pro eo continua tis diebus celebraretur. Quas dum scilicet bis inchoaset: et diversis causis demone hoc agente intermissionem set: tertio missas continuavit: et frusto glacie dislocato anima peccatoris ad celos ascendit. **T**ertio propter nostram instructionem: ut scilicet magnam penam infligi peccantibus in vita futura cognoscamus: si cut appareat in quadam scholari: qui dum post eum obitum magistro suo cui capa de parchmento plena sophismatibus apparuerit: eamque plusquam turram sibi poterare diceret: et magister penam illam leuem indicaret. Ille gutta verna sui sudoris in palam magistri cadere dimisit que manum eius sic cut sagitta perforauit: et cruciatum mirabilem sensit. Vnde magister territus seculo renuncians religionem intravit. **Q**uarto propter culpe in loco perpetrationem: sicut legitur quartus dialogorum: quod presbyter propter corporis sui necessitatem balneum frequentans semper inueniebat vnum sibi ibidem ministrantem. Eius dum vice quadam pro mercede panem benedicimus offerre: tradidit ab eo: quod fuerat aliquis dominus loci illius: sed pro culpis suis ibidem post mortem fuerat deputatus: rogans ut pro se pane illum deo offerret: et sic expiari posset: quod dum presbyter per dies septem pro eo celebrasset: et ad balneum redisset: illum minime amplius inuenit. **Q**uinto propter alienius sancti orationem: sicut legitur de sancto patricio: ad cuius orationem deus in hibernia purgatoriorum vnum constituit: de quo dictum est supra in eius legendis. xv. kalendas aprilis. **C**irca tertium scilicet quanto tempore purgatur: sciendū est quod tempus debet culpe correspondere. Deus enim qui modos et mensurā peccatorum et penarū nouit penam cum culpa cōmensurat: vel tempore diuturnitate: vel pene acerbitate: ut si verbi gratia: quis peccatum commisisset: propter quod per annum in purgatorio stare deberet: et usque ad diem iudicij: non nisi mensis vnu restaret: quod tunc purgatoriorum finiti oportet: deus tunc propter tempore breuitatem aggrauaret pene acerbitatem. **Q**uantum vero ad subuentione securam quattuor vidēda sunt: scilicet quibus subuenit. Per quos subuentur. Per quos et qualiter subuentur. **C**irca primum sciendū est quod damnatis nullo modo subuenitur neque quo ad liberationem: ut scilicet ab ipsis penitus leverentur: nec quo ad mitigationem: ut scilicet in eis dimisuntur: nec quo ad suspensionem: ut scilicet ad tempus etiam minimum eorum pena suspendatur: nec quo ad fortificationem: ut scilicet ad tolerandum leuius roborentur. **Q**uantum enim ad aliquos horum in inferno nulla est redemptio. Subuentur autem illis qui in vita sibi meruerint: ut eis talia prodeesse possint: videlicet illis qui in statu gratiae decedentes aliqua secum purganda rulebant: de quibus supra dictum est. **C**irca secundum sciendum est quod debet istis subueniri per homines qui sunt in tali statu: quali et illi decesserint: scilicet in statu gratiae. Alioquin si suffragia stant: per defunctis existentibus in mortalitate: nihil animabus prosumunt: sicut nec sibi ipsi prodeesse possunt. Docet autem fallit in duobus casibus. **P**rimo: in quis decedens in charitate ordinat sibi de proprijs suo

H. 1. 1.

H. 1. 2.

x 3.

Liber

cultatibus p aliquem subueniri: quis enim talis voluntate defuncti exequies sit in peccato mortali: profint tñ illi tales elemosyne: qz sunt in persona existentis in statu gratie. Q[uod] c[on]do cum quis defunctis subuenit in persona ecclesie: vt si sacerdos existens in mortali etiā sponte celebret pro defunctis: qz enim hoc facit in persona ecclesie: profint defunctis illa suffragia: qz nomine ecclesie sunt: que semper sine macula consistit: et oia per spiritum sanctum operatur. Q[uod] circa tertium sciendū p suffragia pro defunctis: quedā sunt realia sicut elemosyne et oblationes: quedā sunt personalia: vt ieiunia et peregrinationes: quedā sunt mixta: vt eccl[esi]e orationes: et portissime missarū celebratio[n]es. Q[uod] autem primum: scilicet elemosyne profint pro defunctis: pater ex eo qd legitur secundo machaberorum. Et quoniam vir fortissimus iudas collatione facta duodecim drachmas argenti misit h[ab]eret osolymā offerri p peccatis mortuorum. Q[uod] vero secundum scilicet ieiuniorum obseruatio et oratio eis proficit. Probat in iiii. dialo. p multas auctoritates et exempla q[ua] causa breuitatis omittuntur. Q[uod] autem tertium: scilicet missarū celebratio eis proficit probat idem in eodem lib. q[ui] dñs quidam frater mortuus est: et iiii. aureos habere repertus fuisse: ius fit eni[m] gregorius in sterquilino sepelitur: et pro eo usq[ue] ad dies. xxx. missam celebrari: quib[us] expletis alia illius cunctorum fratrum apparuit: et se propter talē missarū celebrationē a purgatorio liberatum esse dixit. Q[uod] circa quartum vero: scilicet qualiter subuenit: sciendū est p suffragia aut sunt pro mortuis generaliter: et tunc generaliter profint: aut specialiter: et tunc specialiter profint illis pro quib[us] sunt: si indigent: si autem non indigent h[ab]ent diuinaz dispensationem illis qui magis indigent attribuuntur. Et hoc in telligas q[ui]tum ad expiationem. Nō suffragia mortuorum habet ultra expiationē virtutem: in penitentiā confortandi. Et hoc oībus equaliter proficit: sicut fiant generaliter: sicut specialiter: sicut patet ex eius in candela: que accensa pro uno existente in carcere sic alii lucet: ac si pro singulis accensa fuisse.

De sancto Justo martyre. Cap. ix.



Justus marty

apud tergestinā ciuitatem aquileie prouincie passus est tib[us] diocletiani et maximiani imperatorum sub manu[m] pfecto. Qui dum ad prefatā vrbē deueniens: iustum comprehendit: fecit: et sibi sentato cepit suaderet: dñs sacrificaret. Qui cum dño iesu et ho se sacrificare diceret: iussit eum in carcere tridūnū: tota nocte in oratione perseuerasset: mane edictū et imolare recusantem: fecit eni[m] manatus extensum nernis crudis cedit: sed cu[m] illi oino inuictum cerneret: mandauit in collo eius et manib[us]: ac pedibus plumbi pōdera ligari: et sic in profundum maris demersus. Qui quasi ad epulas invitatus ipse sibi metu pondera plumbi deferabat: et vale dicens fratribus festinando ad littus pergebat. Sicq[ue] ad locū ducit: et plumbo ei alligato in scapha modicissima ponit: ductusq[ue] in altū pella

Decimus.

glōfone fusa in mare demergit: ut aut spm deo reddidit: mox funes eius cu[m] plumbō disruptis et corp[us] ad littus tregestine ciuitatis ab undis de ductus est an solis occasum. Eadem nocte apparuit sc̄tūs martyris cuius p[ro]sbytero nomine sebastis non: iubens ut corp[us] eius tolleret: et cu[m] indulgentia sepeliret. Qui conuocatis plurib[us] xpianis: corp[us] ipsi in littore inueniūt: iuxta ipsum locū honorifice tumularūt. Qui passus est. iiii. non. nouemb[ris].

De sc̄tā Eustochio virginē et mar. Cap. x.



Eustochium vir

go et martyris apud tarsum cilicie passa est sub iuliano imperatore. Qui cu[m] ibidē existens cu[m] oī pplo dñs gentilium sacrificaret: Eustochium sacrificare no[n]tē p[ro]prio neru[m] bubalinis cedi fecit: deinde cornib[us] capreolarum vngulari p[re]cepit: parti b[ea]tūq[ue] carnes eiū cōcidit. Deinde capit eiū cu[m] capillis excoriari et clausos infigi. Et cum hec oīa constantissime tolerasset: et imperator sententia protulisset: ut membra tim cōcisa in sarcinae torqueretur orans ad dñm emisit spiritū. Sepultaq[ue] est a matre propria in abditissima crypta. iiii. non. nouemb[ris].

De sc̄tā Eustochio virginē. Cap. xi.



Eustochium vir

go sacratissima paule nobilissime romanorum filia: et b[ea]tū hieronymi discipula fuit. De qua idē testatur hieronymus q[ui] in sc̄tis locis virginitatis et ecclesie monte preciosissimū fuit. Cum vero mater eius omni relictō seculo et mundanis diuitiis ac filiis cunctis: ex urbe roma progressa hierosolimam deo seruitura nauigaret: hec sola eius propositi et navigationis comes exitit: sicut supra actū est in vita paule. vi. kalen. febriarij. Et cu[m] eadē eius matre apud opidū bethleem cenobio cōstruit: et cu[m] eadē et aliis sc̄tis feminis sub beati patris hieronymi disciplina: deo devote seruit: atq[ue] post dormitionem genitricis. l. et eo ampliū puellarū mater exitit. Qui b[ea]tūs doctor regulā deo viuendi cōstituit et dictavit. Ipsa autem telunis et orationib[us] sacrōq[ue] libro in studiis intēta solicite: post agones plurimos p[er] xpo superatos in virginitatis p[ro]posito in pace quietuit. Sepulta apud bethleem. iiii. non. nouemb[ris].

De sc̄tō Tlicitorio epo et mar. Cap. xii.



Tlicitorius picta

uenis ep[iscop]us sub diocletiana persecuzione martyris passus est: q[ui] scientia et doctrina clarus opuscula nonnulla sacre fidei perutilia cōpilauit. Commentarios enim edidit in genesim: Erodij: Leuiticum: Esaiam: Ezechielē: Abacuch: Ecclesiastē: Cantica cantorum: et Apocalypsim. Aduersum oīs fere hereses libros plures conscriptis: mulo

De sanctis in mēse nouēbris occurren. Fo.ccli.

eaqz alia grandioribus sensibus q̄ compositione verborum: neqz enim eque latina: vt grecal lingua pollebat. Sub p̄fato tandem principe pro eiusdem defensione fidei: martyrio vitam apud eandem vrbem finiuit. Ibiqz tumulatus iacet: passus est autem iiii. non. nouemb̄is. Deqz hiero. libro de viris illustribus.

De sc̄is Alcindino Pygasiōr Anepo thisto martyribus. Cap. xii.



Alcindinus: pygasius: et anepothistus apud persidam pasil sunt sub sapore rege persarū: qui eidem regi delati q̄ r̄pm colerent: et multos cōuerte rent: inuenti sunt in cella orātes: et a ministris regis capti educti sunt. Dum autem r̄pm cōfiterentur: p̄lo vetricibus durissime cesi sunt: mutatis super singulos eorum in cedendo. x viris. Rex vero cecidit quasi examinis: tandem ad se rediens: eos sursum appendit: et deorsum extenit: ac ignem subterponit fecit. Sancti vero xpo ei apparente illesi ab igne permanerunt: et a vinculis absoluti sunt. Rex autem mutus effectus est: et ministri quasi amentes erāt: ita vt nec nutibus eum intelligere possent. Post hec apparuit sc̄is martyribus exercitus angelorum: quibus orantibus lingua regi restituta est. Tunc mādante rege sancti super lectos ferreos sternuntur: et carbones subtermittuntur: sed a voce celica confortantur: plurimi ad dñm conuertuntur. Deinde pluvia maxima inundante: et angelis eis in albis de celo ad uolantibus ignis extinguitur: et sanctorū vincula dirumpuntur. Lungs eis rex blandiretur vt sacrificarent: eosqz in curru suo leuasset: et ad templū ionia adduxisset orationem fuderunt ad christū. Statimqz facto terremotu magno idoluz cecidit et rex territus fugit. Iterū quoqz sanctos martyres detentos nudos et catheis obligatos remitti fecit in cacabos plumbo: resina: et pice bulientibus plenos. Uerum oratione ad deum susa: sanctorum cathene confracte sunt: et cacabi vacui sunt reperti: ac omnino tepefacti. Quod cernens miles quidam nomine antoninus conuersus est: et in christi confessione a rege decollatus: atqz a fidibus sepultus. Deinde mandauit sapor martyres coris taurorum includi et in mare tactari. Et continuo sanctus martys antoninus eis cum tribus angelis apparuit: et coria scidit: sanctosqz illos super vndas maris ambulantes ad littus perduxit. Quo miraculo. xviii. gentiles ad fidez xpi conuersti sunt. Sed iratus rex sanctos martyres una cū prefatis. xxviii. imper conuersis in ignem copiosum mitti precepit. Qui solas animas xpo reddentes corporibus inustis omnino permoribus ipsi multis cernentibus ab angelis in nubibus suscepit sunt: odorqz mirus ex corporibus refragauit. Qui passi sunt. iiii. nonas novemb̄is.

De sancto Theodoro ep̄scopo. Cap. xiiii.



Theodor⁹ ep̄s

cyrie ciuitatis a cyro cōdicer: non solum verbis sed etiā rebus vir tibus extit coronatus. Qui multa volumina scripsisse dicit: sed de pluribus paucorū isto: us ad nos notitia peruenire potuit: vt gemmadius de viris illustribus testatur. Nam scripsit de incarnatione domini aduersum eu thycen presbyterum et dioscorum alexandrinum episcopum dicta fortia. Item ecclesiastice histōrie libros imitatus eusebium: et a fine multorum eius incipiens usqz ad leonis senioris tempora deduxit. Sub quo et apud laodiciam ciuitatem in xpo quieuit. iiii. non. nouemb̄is.

De sc̄o Ambroſio abbate. Cap. xv.



Ambroſius ab

bas monasteri agaunensis: prius apud lugdūnum ciuitatē monasteri insule barbare pater fuit: et magnis illic vīte ac sanctitatis virtutib⁹ clarus. Cum ad dicti cenobium agaunū ob egrē religionis normam translatus fuisset: b̄to fine i dño requieuit. iiii. non. nouemb̄is. Lui⁹ corpus apud sc̄d monasterium sepultū facet: et signis atqz miraculis gloriose resulget: vt dicit Ado.

De sc̄o Quarto discipulo. Cap. xvi.



Quartus disci

pulus ex. lxx. a xpo elect⁹ vnuit: qui sub disciplina postmodum xii. apostolorū cloruit: vt abbas dorothē tradit. De hoc etiā apostolus ad Romani. xvij. mentionē facit. Hic ep̄s beryt⁹ ab apostolis constitut⁹ extitit: et officio predicationis se exercitans apud eadē ciuitatē quieuit. iiii. non. nouemb̄is.

De sanctis martyribus qui dicunt mas fa candida. Cap. xvii.



Martyres san

cti: qui dicunt masfa candida sue runt innumera martyri multitudine in ciuitate cesaraugusta bispanie prouincie sub daciano preso de pro. xpo passori. Cum em̄ presatus preses in ipsa v̄be. xvij. martyres interfecisset cū virgine engrā. de quibus dicti est in eo. rum passione. xvij. kalem. maij. Uidens q̄ quanto plus conabantur xpianos extingueret: tāto magis eorum multiplicabatur fides: et collegiū augebat: si mulata pace ecclesias redditā misit edictū fice: ve christianis latentibus liceret suis legibus vti. Quibus ad publicum prodemantibus: et christum laudantibus eorū multitudine in p̄dicta ciuitate cōueniente cōgregauit exercitū paganorū: ita

Liber

niusqz vrbis claudiussit: ne quis eorum evaderet. Omnes quoqz et pionos ibidem repertos armati gentiles ex abdito exirentes gladiis trucidarunt. Corpora vero in aceruos maximos collecta combusserunt: et cineres in ventum disperserunt. Qui propter eorum innumerabilem multitudinem massa candida appellant: ut dicit frater vincentius. Quorū passio recolitur: iis non nobis. Sunt alii ccc. martyres: qui massa candida dicuntur: de quibus supra dictum est. ix. kalen. septembbris.

De sanctis Germano et sociis martyribus.

Cap. xviii.



Bermanus: theo
polus: cesarius et vitalis martyres apud cesaream cappadocie sub persecutiōe de ch cesaris optime duxerunt martyrium. Quo tpe: ut scribit hieronymus: voti erat xpianis pro xpi noīe percuti: verneria calidus hostis tarda ad mortē supplicia conquerens asias cupiebat iugulare nō corpora: et ipse qui ab eo passus est cyrianus ait: vo lentibus nō permittebat occidi. Quo tpe passi sunt illi duo lunenes de quibus in vita sc̄i pauli primi heremite dicitur: ut supra dictū est in eius vita quarto idus ianuarii. Passi sunt prefati sancti martyres germanus et socii. ii. nonas nouembbris. Dec hieronymus in martyrologio suo.

De sancto Cheneralme martyre.

Cap. xix.



Cheneralme: mar
tyr in anglia passus est. Dic fuit filius cenelphi merciorum regis. Que ille moriens dyda sorori sue tunc septemnem comisit alendum. Illa vero mortuo rege salso sibi regnum prefigiens infantulum occidendi satelliti: qui eius erat alumnus tradidit: preciumqz promisit. Qui puerum venatum ducens inter fratreca obruncauit. Doc aut celatum in anglia statim diuinatus innominat. Nas columba de celo aduolans super altare sancti petri rome descendit: et membrana anglicis elementis scriptā detulit: atqz in altare depositus: cui te nos necem pueri martyris: et sepulturam p ordine prodidit. Que a quodā anglico interpretata est. Statimqz papa p epistolam regibus anglie direcam cōpatriotam martyrem indicauit. Vnde frequenti cultu corpū innocētis de loco vbi incebat solenniter leuati est. Cum aut ferretur vincentiam clericis et laicis canentibus: dyda parricidialis et fenestra cenaculi caput extulit. Et forte psalterium legens peruenierat ad. ps. Deus laudē me am ne facieris. quā a fine nescio quo presagio retrograde dicens: nitebatur cantantes infringere. Tunc virtute diuina oculi illius a capite euulsi versus illum. Hoc opus eorum qui detrahunt mīhi et errorē polluerint. Et in ipso libro vñqz hodie extat crux insignia immanitatem mulieris et vltio

Decimus.

nem dei spirantia. Passus est ait sanctus martyris tertio nonas nouembbris. Dec guilelmus.

De sancta Alpaide virginē.

Cap. xx.



Alpaides virgo de tudoto circa annū dñi. ii. clxx. sc̄itate nimis claruit. Que multis annis in corpore degens infirma sine vilo cibo permanuit. Dec gene re infimo officioqz bubulca: sanctorum scripturarū intelligentiam diuinū obrinuit: et mire prudenter consilium habuit. Que flagello dñi diutius attrita est: adeo ut propter effluentem de corpore saniem etiam suis fieret in horrorem: patietia aut summa predita: nec aliqui conturbari vīta fuit. Nullumqz cibum per annos multos trahere valuit: nisi solum eucharistiam sacram: et lecto decubans non nisi ab altero moueri potuit. Dec autē a deo accepit: ut sepissime in excessu raptus: angelo duce: et loca penarum et gloriarum sanctorū percurreret: et occultas visiones aspiceret. Frequenter autē in solennitatibus xp̄i vel eius matris raptū mundum totum quasi in pile specie in tributnr: et ea que in mundo siebant contemplabatur. Ad corpus quoqz rediens multa occulta et secretissima dicebat: et quedam ex his que videbat reuelabat: quedam vero a deo premonita occultabat: plerumqz et à futura predicebat. Quae uit autem in pace apud tudotum tertio non. novembbris. Dec ex gestis francorum.

De sanctis Vitale et Agricola martyribus.

Cap. xx.



Vitalis et agricolo cola martyres passi sunt in punicia italie in ciuitate bononiensi temporiibus diocletiani et maximi imperatorū: quorum passio nem sanctus scriptit Ambrosi. Fuit aut vitalis seruus agricole nunc vero consors et collega martyris: p̄cessitqz seruus ut puidet locum: securus est dominus secure: quo data fidem serui iam inueniret paratam non alienam. Cum ergo sanctus vitalis cogeretur a persecutibus ut christum negaret: et amplius domini fidei profiteretur: omnia tormentorum genera in eis exercentes: ut non esset in corpore eius sine vulnere locus: oratione sua ad dominum emisit spiritum. Sanctus vero agricola mitio habebatur moribus ut ab ipsis etiam inimicis diligenteretur: ideoqz differebat eius passionē. Denique non acqueuit persecutoribus: sanctus agricola crucifixus est. Quorum corpora in tudeorum solo sepulta sunt. Post multos autem annos idez locus sancto ambrosio ego mediolanensi reuelatus est. Qui veniens bononiā convocatis clerο et populo ad locū accessit: et effuso solo martyrum reliquias inuenit. Eaqz denote leuata in eadē ciuitate sepeluit. Passi sunt aut p̄didie non. nouembbris.

De sancto Amantio presbitero.

Cap. xxii.

De sanctis in mēse nouēbris occur. Fo.ccli.

Amantius pres



byter apud Tyfernā tyberianam ciuitatē claruit tpe bēati gregorii pape. Qui hoc spāle in se virūtis habebat: vt apostoloz more manus super egros imponearet et saluti restitueret: t quilibet vehemēs egritudo ad tactū illi abscederet. **Dic** insuper hoc in se habebat miraculi: quia in quolibet loco quis immanissime asperitatē serpētē inueniret: mot vt ei signo crucis signaret extinguebat: ita vt diruptis vsceribus morerer. **Quē** si quādo serpēs in fozamine fügeret: signo crucis os fozaminis benedicebat: statimq; ex fozamine serpēs iam mortuus trahebatur. **Hic** tpe quodā ad beatum est aciductus Gregorius: quem in domo infirmoz beatus pōtifer diebus aliquibus ad manendū posuit: vbi quidam inter egros alios mentecaptus et freneticus iacebat. Qui nocte quāda cū magnas voces: scilicet vt infans ederet: cūctos egros immensis clamoribus perturbabat: ita vt nulli illuc somni capere liceret. Tunc sanctus presbyter de stratu suo surgens ad locū freuentī accessit: t super eum positis manib; orauit: moroz illi melius habentē tulit: atq; in superiora domus secū ad oratorium duxit vbi p eo liberis orationi incubuit: et statim eum sanū ad lectū ppriū reduxit: Ita vt nullas vterius voces ederet: neq; egrotorum quenq; aliquo clamo re turbaret: qui t apud predictā ciuitatem in pace quiete pidiē nonas nouēbris. **Hec** Gregorius. in dialogo 2. c. xxx.

De sancto Herio presbytero. Lsp. xliii.

Iherius preb

ter apud alexātriā claruit. **Hic** vir acerrimi ingenij in diuinis scripturis notabiliter eruditus fuit: vitaq; purissimus ad diuināq; philosophiā penitus expeditus: doctoz ecclesie incōparabilis maxima sapientia resulst. Qui tractatū longissimum super Cſaiā pp̄phetam edidit. Et tempore Philiippi imperatoris apud eandē ciuitatē in pace quiete pidiē nonas nouēbris: vt ait Hie ronimus libro de viris illustribus.

De sancto Zacharia sacerdo. Lsp. xliii.

Zacharias sacer

dos t propheta pater iohannis baptiste in diebus Herodes regis iudee claruit: de cui^r sanctitate in principio enangeli luce plurima preclara testimonia de scribuntur. Fuit enim de vice abie et filiis aaron de tribu leui: sic ut dictū est supia de eo in natiuitate sancti iohis baptiste. viii. kal. iulii. t in eius conceptione. viii. kal. octobris. vbi etiam de ortu filii: t de miraculis que in eius

natiuitate apparuerunt: et de prophetia ipsi^r 39 charie tractatū est. **Cū** igit̄ christus puer ab herode quereretur occidendum: t ex hoc ipse herodes innocentes perimeret. **Helisabeth** audito q; Iohannes eius filius similiter quereretur qui christi etate sex mensibus precedebat: accepit parvulum: et cum eo aufugit. Ascenso autem ex celo so monte inde: circumficiens vbi eum abcondebat: vīsis intersectoribus se inseguētibus timuit: et orationem ad deum pro filij salute fudit. Statimq; mons se aperuit: et Helisabeth cum filio intra sui abdita suscepit: atq; persecutores exclusit. Quib; intra motis tenebras lux diuinitus aparescos eos confortabat: et angelus omni illis necessaria ministrabat. **Cū** autem missis satellitibus ab herode: zacharias vbi fili^r esset: interroga gatus esset: t ille se eum vbi foret ignorare dicebat: atq; in pietatem herodis redargueret: christumq; natum ex virginē predicare: qui regnum israel accepturus esset. Herodes iratus misit nocte carnifices: qui zachariam inter templum et altare: vbi virgo beata educata fuerat iugularunt. **Nane** autem facto dum ceteri sacerdotes templum aduenientes zachariam vti ad eos exiret: mo re solito expectarent: t iā hora tardior esset: vnu illozū intrans sanctuarium et repperit sanguinem zacharie: vt lapidem coagulatū. Auditaque est vox de celo: q; zacharias occisus esset: t q; sanguis ei^r ex israel non esset delendus: donec exurget: qui eum vindicaret qui foras egredius hec omnia ceteris nuncianuit. Illi vōtientes quasi frangorem lapidum audierunt: et corpus sancti non inueniunt. Passus est autem sanctus martyris nonas nouēbris. **Lopis** autem eius post longa tempora apud biersolymorum templum inuenit: ibi demq; dudum tumulatum lacuit. **Nunc** vero que scere dicitur venethis in monasterio dominarum eius nominat fundato.

De sancta Helisabeth vroze 3a charie.

Lsp. xxv.

Helisabethvroz

zacharie factotis fidicti et ma ter iohānis baptiste fuit de filiis aaron: cuius sanctitas i enā gelio luce cōmendat. **Hec** autem cū iohāne nato parvulo in latibulo spelunce: de qua supia pōximē dictū est: latuit donec una uitatis herodis psecutio facta i nece parvuloy cessauit. Et tunc filium usq; ad annos. vii. enutrinit qui eadē etate antra deserti petiit. **Mater** vō modico post tempore supuxit: t sanctitate t gratia plena ad xpm in pace migravit. Sepulta i domo propria in mōtana iuda. Dicitur autem helisabeth cognata virgintis marie: quia cōsobrina eius fuit. Anna enim et esmeria fuerū forozes filie agarmi: de anna na ta est virgo maria: de esmeria nata est helisabeth et eliud: de eliud natus est eminen: de eminen natus est sanctus Seruacianus episcopus trajectensis: de quo supra dictum est. iii. idus mai.

De sancto zacharia papa. Lsp. xxvi.

3 iij.

Liber zacharias papa



natione grecus ex patre Pollio-
chromio: gregorio.iii: romano po-
tifici in episcopatu successit: et se-
dit annos. x. menses. h. dies. xv.
vir mitissimus atqz lauissimus
omniz bonitate ornatus: ama-
tor cleri & populi totius: tardus
ad irascendum: et velox ad miseran-
dum: nullis malis p malo reddi-
dit: suis etiā persecutoribus bona p malis resti-
tuit. Dic inuenit omne italiā turbatam famulū & du-
catum romanū: persequente liudprando lōgobar-
dorum rege: ac romane ecclesie iura auferente.
Tantū vero deus hunc pape gratiam contulit: ut
etiam pro salute populi aīam ponere non dubita-
ret. Qui prius missa legatione ad eundem regē:
post ipse personaliter veniēs salutaria illa verba
predicauit. Luius ammonitione inclinatus rex
cimicatus romane ecclesie pertinetēs: que per an-
nos triginta ablare fuerant reddidit: et pacē cum
potifice fecit: captiuosqz plurimos romanorum
quos tenebat dimisit. Ipsi quoqz pacē per annos
viginti perdurauit. Dic autē pontifex magni me-
riti & sanctitatis clerum suū valde dilexit: ut pote
pater & bonus pstor: oēs amplectens & vrilater
fouens & nemine eo p tribulari: vel egere permit-
tens. Luius tibz in magna securitate & letitia
populus adeo ei cōmisiis degens vixit. Dic co-
stituit ut filii compatrios se in matrimonio nullate
nus iungenter. Dic dialogorum libros de latmo
in grecum translatis: quia vtriusqz lingue paritas
fuit. Dic etiā in laterān. ecclesia corpora bīl. Geor-
gi martyris cum epitaphio grecis litteris clara-
to repertis: et cū magis solemnitate ad velum au-
reum ecclesiā sui noīis condidit. Ibiqz ipsum re-
posuit. Et omnibus plene & perfecte dispositis in
summa pace moritur: et apud sanctum Petri se-
pelitur. Ibiqz virtutibus pollet.

De sancto Malachia epo. Cap. xxvij.



Malachiā sedi
scop' in hibernia clarus tempore
re euangelis pape. iii. Luius vita
beatus bernardus scriptū. Hic
ex parentibus christianis in hi-
bernia natus: sacrifqz litteris a
pueritia eruditus in cuitate ar-
macha. xv. annorum presbyter
factus verbū dñi instantis pre-
dicare cepit. Deinde marciū senē
epm̄ lefuiso: adiēs: ut ab eo dñinis plentus infor-
maretur: qui etiā ebs miraculoz signis clarebat:
ch eodē p aliquot manst annos. Dñi autē p soro
re sua defuncta quotidie celebraret: et occupatus
alijs p dies. xxx. missam intermisserat: nocte sequē-
ti vidit p spm̄ sororē se diebus totidem nibil gu-
stasse cōquerentē. Et cum p eius expiatione cele-
brationis missar refumisset: vīsa est sibi vqz ad
limē ecclesiā puenisse. Iterūqz in eodē pseuerās
vidit illam ecclesiā introisse: sed altare cōtingere
pō posse. Et rursum missas plectus vidit ea in-

Decimus.

ter candidatoz numerū aggregari: et sic ēa intel-
lerit ad celos enolasie. Postmodū autē in loco bē-
coz sibi a diuite quodā oblatō monasteriū repa-
ravit: dō dūqz antea fuerat deuastatus: de quo olim
sanctus colibān ascēderat. Ibiqz cum. x. mona-
chis abbas ipse deo seruire cepit: vbi dñi vnu ex
eis operaris ligna cederet: et securis ferrā de ma-
nubrio exilisset: invocato malachia ferrivestes il-
lius solūmō cōcidit: s carnē oīno non titigit.
Ibi etiā opfissum quēdam cui insaniēti demō sua
debar: ut abbatem cultello percuteret ab infesta-
tione maligni spīs liberavit. Et michaelē cleri-
cum a graui dysenteria sanavit. Cumqz esset an-
norū. xx. quis iūtus electus est ebs cōnerob.
Et cū electionis renūciare veller: tācē mādātū sui
magistrī epi lefuiso: acqueuit: et epatus curam su-
scipit: vbi populu valde rebellē deo & clero: ac ec-
clesiā infestat: ad pniam summa sapientia & mira
difficultate reduxit: et ad bene viuedū informa-
vit. Post hec dñi celsus armachan archieps infir-
mat' est: seqz mori cōspiceret: suis clericis pñia-
fit: nullū nisi malachia epm̄ eligēdāt ad extirpan-
dā potissime quoqz pranor potētū cōsuetudi-
nē: q neminc̄ nisi de eoz & parētela archieps eligi
permittebat. Iaqz p. xv. epoown successiones ra-
lis corruptela inoleuerat. Odoruo igif archiepho
celso malachias ab eis elect' est. Qui licet dū
renūtes tandem ut ecclesiā eoz a seruiture eriperet
acqueuit: pmissione tñ ab illis fñsuscepit: ut de-
lero pessimo moze: licet sibi alīū in ecclīa arma-
cha. substiuit: et ad suā cōnerothensem ecclē-
siā redire. Doc autē malachias magis ad cōsentie-
dñi mouit: q paucis ante diebus viderat specio-
sam mulierem se sponsam celsi archiephi asseren-
tem: sibiqz celsi baculū cōmandante. Interea vō
mauritius qdā de iniqua pgenie in archiepisco-
patū intrusus est. Sanctus autvr scandalū evita-
tare cupit: illo presidente furor cessit. Sed mau-
ritius diuino iudicio post annos. v. deceſſit. Dum
autē nigellus quidā de eadē pgenie succedere ni-
teret: malachias in brachio populi ab ipso rege
in archiepiscopatū deducitur: et omnes emuli re-
pelluntur. Cum autē nigellus cum fautoribus et
armatis vir' resistere psumeret: et tam ipsum
q regē interficere vellent: subito nimia tempestas
exortit: auctorqz litig & seditionis cū tribus cō-
sortibz a fulminibus occidunt: ceteri quoqz hinc
inde disperguntur. Sanctus vō malachias anno. xxiij.
in cūstatem ecclēsiā introducit: et in
archiepiscopatū sublimat. Multas autē postmo-
dū persecutiones ab emulis passus: omnes tan-
dem deo largiente deuiciit: et niggellum ad penitē-
tiam et obedientiā reduxit: qui etiam sacra que-
dam que de ecclesia asportauerat rettulit. Oli-
lier quedam de attinētibus aduersariorū: q archi-
episcopo predicanti cōutia multa intulit: subito
cunctis videntibus in amentiam cōuersus: post di-
es paucos infeliciter expirauit. Sicut armacha-
nā ecclēsiā vir dñi a pestifera consuetudine pu-
rificauit. Dum autē ad ecclēsiā primā redire
vellet: et populu omnino reclamaret: gelasium
quēdam presbyterū p se in ecclēsiā prima sub-
stituit. Multis quoqz in vita sua miraculis clo-

De sanctis in mense noubris occur. Fo. cccliij.

ruit. **G** In eboracensi ciuitate equum quem dure portantem a nobili quodam oblatum: dum aliquantum equitatis set: modus subito et sufficiens facit: ac de nigro pilo in album: cœuersus. **G** Deinde claraualense monasterium accedens sanctum bernardum visitauit: qui ab eo mire edificatum se dicit. In hyporegia ciuitate filium hospitis sui in extremis laborante continuo sanum effectit. Et dum pacem innocentium secundum romanam veniens visitasset quartuor: ex eius scolis claraualle dimissimis predixit: et ut predixerat: sic evenit. Nam duo ex ipsis ibidem decedentes sepulti: alii vero duo effecti sunt monachi. **G** Repatrians autem cum scotiam peruenisset: filium dauid regis scotorum ad mortem decubitem: aqua aspersum benedicta illico sanavit. Et in villa que dicitur crudelito pueri mure loquela restituit: atque aliam freneticam liberavit. **G** Dum infirmos quidam in hibernia: qui multo iacuerat tempore lectum malachie solitudo ascendiit: continuo ab omni languore sanatus surrexit. In langinia puerum a demonio liberauit: freneticam mulierem copotem mentis effectit. **G** Alias quoque matronam ad se accedentem: que mensibus quindecim et diebus viginti pregnans fuerat: et adhuc fetum in utero gestabat: sua oratione ad puerperium in momento adduxit. **G** Lortagia civitate episcopo vacante: dum de eligendo presule discordes essent: et in archiepiscopum armachantur: ut eligeret: omnes conuenienter: pauperem quemdam presbyterum alienigenam elegit: quia vitam eius perspiritum agnouit. Qui dum sibi egrotare nunciatus est: mandauit ei ut illico surgeret: qui statim ab infirmitate sanatur: et in episcopum consecratur. **G** Dum cuiusdam nobilis coniugem in extremis positam inungere vellit: et illi extandit in crastinum eum rogarent: assensit: et mulier post horam modicam expravit. Ipsa autem se reum criminis accusans cum lachrymis iuxta corpus in oratione se posuit: et ibidem orans pernoctavit. Hanc autem facto mulier resurrexit: quam sanctus vir nunciat ad quietem ire precepit: moraque illa iterum obdormivit. **G** Secularis cuiusdam conquerentis: quod lacrymare non poterat maxillam tetigit: et ad tantam illum deinceps lacrymarum effusionem provocauit: quod vir fletum continere valebat. Spiritum quoque propheticum habuit: et cordium secreta cognovit: et diem et locum sui obitus predixit. Sepius quoque eo celebrante: coliba de celo circuiuolans cruci super altare posite infidebat: quam diaconus eius et quipplures quodque videbant. **G** Cum autem papa eugenius in galiam venisset: et malachias ad eum visitandum accederet: nauem intrare disponeret: quidam epilenicus nomine catholicus: eius recessum deploavit: eo quod in eius presentia nunc a morbo caderebat. Quem dñ ille signasset: et inde promisisset quod donec ipsum reuideret: nunc decetero caderet: sic ut predixerat: evenit. Nam sanctus vir ante regresum obiit: et ille decetero a morbo nunc cecidit. **G** Sed eodem tempore dum curia clericis promisisset: ut quicquid ab eo peteret: obtineret: et ille sancti archiepiscopi reverstionem perhisset. Sanctus de hoc plurimum tristus est: eo quod nunc se reditum prefiguerat: et ad deum

ire cupiebat. Nauem tamē ascendens: ut clericis promissa redderent: orta tempestate redire cōpusulus est. Facta vero tranquillitate iterum nauem cōscendit: et decetero nō redditur transseruant. Cenit autem clarauallem: et a sancto bernardo deuote suscepit. Lunus in festo beati luce euangeliste celebratur: febre corruptus decubuit: et in ipso loco plenus sanctitate die qua predixerat: ad eum a carne migravit. s. non. nouebris. Sepultusque in monasterio claraualensi miraculis et signis resulgens.

G De sanctis Felice et Eusebio martyribus. Cap. xviii.



Felix presbyter

et eusebius monachus apud taracina capitanie ciuitatem passi sunt tempore claudii imperatoris sub leonino filio leonti presidio. Cum enim prefati sancti viri corpora sanctorum martyrum cesariorum iuliani sepelissent: de quibus supra dictum est calendaris nouebris: et multos gentiles ad eum conuersos baptizarent. Leontius filius quandoam leonti presidio: quod ad eum etiam conuerterat: statim ut baptismum preceperat ad eum migrauerat: de quo etiam dictum est supra. iii. kalendas nouebris. predictos sanctos martyres detinuit: et tumulos populi tumultu missio speculatori nocte eos in carcere decollari fecit. Quoz corpora ad illitus projectar quartus presbyter iuxta corpora sanctorum cesariorum iulianum sepelinit nonas nouebris.

G De sancto Leonardo confessore. Cap. xix.



Leonardus co-

fessor apud aquitanie prouinciam ciuitatem lemoicensem classiuit tempore anastasi imperatoris: qui in prouincia galliarum clavis patribus ortus collaterabiliter videlicet clodouei regis frater: ab eodem rege de sacro exercitu fonte levatus obnobilium parentum amorem charissimum: quem sanctus remigius remensis archiepiscopus baptizauit: et in discipulis susceptum salutaribus disciplinis instruxit. Cum autem idem archiepiscopus a regibus francescis obtinuisse: ut quandocumque ipsi reges ad ciuitatem remensem venirent: eos inclusi in carceribus libere dimisi: abiisse possent. Ad imitationem boni magistrorum iuuenis leonardus bicipitula rege impetravit: ut quicunque in carceribus detinerentur: si eos ipse visitare vellent: continuo soluerentur. Et ybiq; carceratos esse audiebat: ad eorum liberatione festinus properabat. Luctuos etiam egros ad se venientes: quacunque detentos infirmitate sanabat. Rex igitur ad se accersivit: eum quem secum in palatio aliquo tempore manere coegerat: rogans: ut inde misericorditer descederet: donec tempore congruo ipsi episcopatu; aliquem donaret. Erat enim iam clericus humilis et mansuetus. Leonardus vero pontificatum renuit: et solitudines potius affectans: palatium regis reliquit: et cum fratre suo liphardoverbum dei annuncians aurelianum

deuenit: atq; apud quēdam cenobitā nomine magazinii aliquo tempore mansit. **L**ū autem liphardus super ripam ligeris mansionem solitarię elegisset de quo supra in eius legenda dictum est. ih. nōnas iunij. Leonardus vō per admonitionē sp̄ rituſtantī in aquitania predicare disponeret: osculantēs se abinuicem discesserunt. Leonardus igitur per bituricam ciuitatē transiens nonē fidei xpianos sanctis predictionibus confirmabat: et multa operando miracula plurimos adhuc incredulos conuertebat. **D**emī in quādā silva nomine paulum habitare cepit: que a ciuitate lemovicensi p̄ decem miliaria distabat: et quo rex sepius causa venationis accedebat: et in aulam regias in media silva constructam diuertebat. Accidit autē vt die quadam rex ibidem cum regina et familia venaretur: et regina pregnans illuc causa delectationis egressa partu periclitaret. **L**ū autem rex et familia regis iam pene defunctam lugerent: nec ei p̄ medicos qui cū rege erant subuentiri posset: et vir dei p̄ nem⁹ transiens lugentib⁹ voces audiret: pietate cōmotus illuc accessit: et a regevocatus introuit. Interrogatis autē quis esset: cū se remissi discipuli respondisset. Rex ex bono magistro bona de discipulo spēm assumpit: et ipsum ad regiam introduxit rogans vt suis precibus de recuperata coniuge et edita piole duplex gaudium obtineret. Tunc sanctus orationē fudit: et quod rex petebat protinus impetravit. **L**ui rex multa in auro et argento obtulit: sed ille omnia recusauit: dicens se nullis indigere: nisi vt tantū in aliqua silvarū soli xp̄o familiari posset. **L**ū autē rex totū illud nemus ipsi tradere vellet: noluit nisi tantū accipere quātumyna nocte posset cū suo asello circuire. Quod rex libetissime adimpleuit: vbi cū duobus sibi adiunctis socijs monasteriū cōstruxit: et in multa ibidem abstinentia deges deo seruunt. Ecclesiā etiā in honore dei genitricis fabricauit: et altare sancti remigis in ea posuit. **L**ū autē aqua sibi vñ milia re distaret putē sicci ibidem fodì fecit: que suis orationib⁹ aqua vsq; in presens scaturiente repleuit: locum autē ipsum a nobili ipsi rege concessuz nobilitacum appellauit. Ibi ergo tantis miraculis comitant: vt quicunq; eius nomen in carceribus innocassent: mox ruptis vinculis nullo contradicente liberib⁹ abiarent: et suas eidem catenās aut cō pedes presentarent. Quoz plures secū manebāt: et eins excōlo sanctitatis ibidem dño seruiebant. Familiae quoq; septem ex eius stirpe venditis omnibus et pauperibus distributis ad eum venerunt: et distributo eisdem nemore ibi cum ipso in dei seruicio permaneuerunt: exemplo quoq; suo plurimos ad simile attragerunt. Deniq; vir domini leonardus multis claris virtutibus ad dominū feliciter migravit octauo idus nouēbris: circa annum dñi quingentesimi. Sepultusq; est in ecclesia dei genitricis quam ipse construxerat. **L**um autē ibidem infinita miracula fierent: clericis illius ecclesie renelati est: vt quia locus ille propter multitudinis frequentiā concurrentem nimis artus erat: alibi ecclesiam fabricarent: et eodem sancti leonardi coypus transferrent. At illi vna cum populo triduo ieiunio et orationibus institerunt;

quibus elapsis totam prouinciam nūnq; nimia quecederat opertam videtur: locum autem in quo sanctum corpus quiescere volebat omnino vacuū conspiciunt: vbi ecclesia de novo fabricatur: et corpus eodem transportatur. Quanta vō miracula per eum dominus faciat potissime circa incarceratos immensa ferri varietas ante tumulum eius dependens testis existit.

De sancto Felice martyre.

Cap. xxx.



Felix martyris apud

missam ciuitatem aphrice passus est. Qui a persecutoribus p̄ xp̄i nominis confessione detenus: et carceri durissimo manipulatus: dum eum a tormenta different: orans ad dñm emitit spiritū octavo idus nouēbris. **L**ui corpus sequenti die examine repertum est et a xpianis cōdigno receditū honore. In huius solēnitate sanct⁹ Augustin⁹ ep̄s psalmū quendam ad populum exponit: quem et in eius ecclesia publice predicanit.

De sancto Felice monacho.

Cap. xxxi.



Felix monach⁹

in monasterio fundensi claruit. Qui magne sanctitatis vir erat: et eiusdem cenobi hortum colebat: fur vō quidam venire cōsueverat: et ad ipsum hortū per sepe ascendere: et occulte olera auferre. **L**unq; ille multa plantaret: que minus inueniret: et alia pedibus conculcata: alta direpta cōspiceret: rotum hortum circuens inuenit iter unde fur venire consuenerat. Qui eundem hortum adambulans repperit etiam serpentem. **L**ui precepit: vt se sequi deberet. Ad aditum autem furis perueniens: in nomine domini serpenti precepit: vt aditum illum custodiret: ac furem ingredi non permitteret. Protinus serpens se in itinere transuersum tetendit: et felix ad suam cellam rediit. Heridie ergo cunctis quiescentibus more solito fur aduenit: et sepe ascendit. Et dum in horto pedem poneret: vidi quis serpens extensus vias clausisset. Et tremens post semetipsum concidit: eiusq; pes per calciamentum in fude sepiis inhesit. Sicq; donec hortulanus rediret: deorsum capite peperdit. Qui veniens fure in sepe pendētem repperit: et deo gratias agens: serpentem licentiauit: ad furem quoq; vieniens: ipsum de dum oleribus exportatis redarguit: pedem quoq; illius a sepe dissoluit: eumq; sine lesionē depoſuit. Olera etiā que furto auferre conabatur: cuz nimia dulcedine prebuit: eumq; ne amplius fura retur admonuit: sed cum necesse haberet: ad eum veniret: quis ipsi deoū daret: que cū peccato tolere laborabat. **G**Hic em̄ sanctus monachus clausus multis virtutibus migravit ad xp̄m. **H**ec gregorius. i. dialogo. cap. iii.

De sanctis decem martyribus.

Cap. xxvii.

De sanctis in mense nouēbris' occurrē. Fo. ccliiij.

Decem marty-

res in oriente apud ciuitatē ipso
poliz passi sunt. Qui o saracenis
comprehensi: christiqz dñm con-
sententes crucib⁹ app̄cē coronas
martyris a dño percipere merue-
runt octauo idus nouēbris. Nec
ado in martylogio suo.

De sancto prosdocimo epi-
scopo. Epitulum. xxiiij.

Prosdocimus

episcopus apud ciuitatem pata-
niam claruit tempore neronis
imperatoris. Dic natione grecus
nobilibus parentibus ortus littera-
rum studijs eruditus: cum ad-
duc esset iuuenis cuz marco euā
gelista et apollinare antiochiam
adīt: et beato petro apostolo in di-
scipulum se tradidit: atqz cum prefatis duobus
condiscipulis vna secum tēpore claudit imperato-
ris romanam accessit. Cum autem apostolo primi
ceps beatum marci misisset aquileiam t̄ polli-
nam rauēnā ad predicandū. Beatus quoqz prosdoci-
mum annorum viginti in episcopuz consecratu-
licet satis ex humilitate recusantez: misit ad patra-
niam ciuitatem. Et perueniens ad ipsam eodem:
multitudinez languentii diuersarum egritudinū
ante portas inuenit: quibus pacem annunciant:
et oratione ad deum fusa: omnes ad eorum infir-
mitatibus liberavit: eosqz oēs ad christum conuer-
tit. Quo viso miraculo centi t̄ sexaginta gentiliū
conuersti ad dñm: ab eodem beato viro baptizati
sunt. Sieqz sanctus episcopus prosdocimus ciuita-
tem ingressus: cepit verbum domini predicare:
et multis paganoz ad fidem christi perducere.
Cum autem de virtutibus eius fama ad regem vi-
talianum peruenisset: qui graui infirmitate pres-
sus dum lectulo decubuerat: prosdocimū ad se
accersuit: et an ipsum sanare posset: interrogauit.
Qui eldem respondit: q̄ si in christum crederet: et
idolia renunciare paratus esset: continuo sanita-
tem recuperet. Lungz rex se yelle: in christū crede-
re respōdiderat: baptizauit eum prosdocimus cum
vrox eius prepedigna t̄ vniuersa eius familia: et
sic rex statim ab omni languore curatus est. Qui
continuo per vniuersum vrbis et vicinarum villa-
rum populi edictum misit: ut oēs in christum cre-
derent: et ad beatum prosdocimū baptizandi con-
currenter. Taliqz modo vniuersus populus ciuita-
tis t̄ oppidū circinadacentium conuersti est
ad dominū. Rex vero ecclesiam in honore sancte
sophie: hoc est alme sapientie fabricauit: in qua epi-
scopus presbyteros ac diacones t̄ clericos pluri-
mos ordinauit. Post hec cum rex vitalian⁹ pro-
le careret: oratione viri sancti regina concepit: et
filium peperit: quā beatus prosdocimus baptiza-
vit: et iustinam vocauit: eamqz sacris litteris eru-
dituit: et in vrginatris proposito permanere do-
cuit. Deinde sanctus eph ad ciuitatez estensem
adīt ibiqz christum euangelizans: multos conuer-

tit. Inde ad ciuitatem vicentiam ad predicandum
perrexit: et exinde ad castelluz noīe asylum prope-
ravit: ybi similiter populi docens in fide: ecclesia
in honorem dei genitricis edificauit: atqz dedica-
vit. Inde egreditus ciuitatem feltrensem intravit:
ybi populi maximā multitudines baptismō sacro
renocauit. Et post hec per altinam ciuitatē t̄ per
alia oppida t̄ castella peragrās: fidelibus moni-
tis populi imbuit: et relictae idolos verum deum
colere fecit. In quibus oībus basilicas cōstruit
et presbyteros ac inferiorū ordinum clericos con-
secravit. Ac demum ad carnissimā ciuitatē deuenit:
et suscepit in domū cuiuscā militis noīe euphrō
syn: filiam eius cecaz signo crucis edito illumina-
vit: eamqz cum parentibus t̄ alijs plurimis in file
re flumino baptizauit. Cum autē comes ciuitatis:
qui vro: ē habebat theodorā per annos plurimos
gravi infirmitate detentā: nunciantē ei milite eu-
phrofyno de miraculis sancti pontificis audiuis-
set: eum ad se vocauit: et vt etas sanaret: contingē:
humiliter ero lauit. Luius manum apprehēdens
vir dñi eam cōtinuo de lectulo in xpi noīe sanam
erexit: ipsam vna cum comite t̄ filiis ac omnī fa-
milia numero. cxiiij. credentes in christum baptiza-
vit. In ipsa quoqz ciuitate mutum populi ad
fidem christi rediit: et malitorū nobilium filios fa-
cis litteris erudituit. Ecclesia quoqz in honore
beati petri apostoli tam pro christo passi ipse fun-
dauit: in qua et presbyteros t̄ diacones et alios
clericos ordinauit. Deinde ad sedē suam patavini
rediit. Et post modicū tempus rex vitalianus chri-
stianissimus t̄ vro: eius regina prepedigna ad do-
minum migraverūt. Quos sanctus prosdocimus
sepeliuit: filiam quoqz illorum eius discipulaz ha-
bitnam virginem sacraz sibi a parentib⁹ cōmenda-
tam optimā cura gubernauit. Eam quoqz p mar-
tyrium assumptā cum suis clericis bonifice se
pulture tradidit. De qua supra in eius passionē
actum est non. octobr. Ad suāsiōne autem beati
epi: patricius quidaz noīe opilius xpianus ecclē-
siam in honore sc̄tē iustine virginis supra corpus
illius erexit: et iuxta eam oratorium beate virginis cō-
posuit: quā ecclesia simul cum oratorio prosdocim⁹
eph consecravit. Qui post p a multis obſessis de-
monia elecit: et plurimos iſirmos a diversis lago-
ribus eripuit: cu in sede patavine: bis sedisset an-
nis. xiiij. mēſe. j. dieb. xv. etatis sue anno. cristi. ad
dñs migravit. vñ. id nouēb. Et in oratorio pſato
dei genitri cis clarēs miraculis sepulcris quiescit.

De sancto Achilla episcopo. Ep. xxiiij.

Achillas episco-
pus alexandrinus: alexandro in
episcopatu successit. Qui ambo
beati petri eiusdem ciuitatis epi
et martyris discipuli: et ab eodē fue-
runt presbyteri ordinati. Et cum
idem beatus petrus pro fidei ca-
tholice defensione in carcere de-
tentus esset: diuina reuelatione
osdez presbyteros sibi in epatu
successores prenouit: et eisdem qđ presicerat re-
uelauit: vt dicet ut infra in eiu s passio. vi. kalen.



decbris. Et sicut ipse predixerat sic evenit. Nam primus achillas: lecdis alexander eidez in ponti fiscatu successit. Et primus quidam annis. ix. secundus vero annis. viii. sedem ipsum tenuit. Quorum veterq; eruditio de fide et conversatione ac moribus insignis extitit. Et de scdo qd; sancto in eius festo actum est. iiii. kal. marchi. Prim? vero vici achillas in pace quietuit. vii. idus nouembri. Quorū corpora in eodem tumulo alexandrie requiescent.

De sancto Amaratho martyre. Cap. xxv.



Amarath' mar

ty apud albigen. ciuitatem passus est tempore dech imperatoris. Qui exato agonis fidelis cursu capitis obturatio celsus corona triunphali coronatus: sic ibidē sepultus vivit in gloria. Passus est ant. vii. idus nouembri. hec Aldo.

De scis Claudio Nicostrato et sochis martyrib;. Cap. xxvi.



Claudijs nico-

Heraclitus confessio et ecclesiasticus scriptor claruit tempore severi imperatoris: de quo eusebius v. libro cap. xxviii. dicit quod inter alia eius sapientie opuscula in apostolo paulo commentarios edidit. Et in sanctitate vite in pace quietuit.

De sancto Maximo confessore. Cap. xviii.



Maximus confessio et ecclesiasticus scriptor claruit tempore prefati severi principis: qui virtutibus et sapientia non minima de famosissima illa oium hereticorum disseruit quod isto: quia semper inquirit unde sint mala: vel unde malitia. Et quod materia facta sit et non infecta. Et hic factus est propter eum pace dormivit: de quo et eusebius promissis libro et capitulo scribit.

De sancto Landido confessore. Cap. xix.



Landidus confessio et ecclesiasticus scriptor: eodem quo supra dicti imperatoris tempore floxit: de quo et antedicto eusebii eodem libro capitulo. xxviii. mentionez facit: quod in examenro id est principio genesis scriptis. Et operibus perfectis effulges in pace dormivit.

Liber

De sancto Apio confessore.

Lap. xx.



Apius cōfessor

et similiter ecclesiasticus scriptor tempore eiusdem Seueri Augusti floruit. Et hic sapientia et sacrae librorum intelligentia insignis in apostolum paulum et in genesim libros nobile commentari exarauit; ut habetur Ecclesiastice hystorie libro. v. cap. xvij. predictis.

Et hic in fidei confessione clarus humanitatis debitum virtutibus pollens exoluist.

De sancto Sexto confessore. Lap. xxj.



Sextus confes-

sor et ecclesiasticus scriptor; de quo et ante factus auctor: premissis libro et capitulo loquitur: claruit eodem tempore Seueri imperatoris. Hic de resurrectione tam christi pro mortuorum generali inculenter disseruit. Alioquin nonnulla opuscula edidit: et sanctis fulgens operibus in chio-

sto requieuit.

De sancto Arabiano confessore. Capitulum. xxij.



Arabianus cō

fessor et ecclesiasticus scriptor eodem antedicti Seueri principis tempore floruit. Hunc et exinde sanctitate et doctrina preclara eusebius eodem quo supra libro et capi. inter sanctos eius temporis conumerando ponit. Dic enim in suis libellis plurimas exortas in diebus suis hereticorum infidias: confutans fidem rectam et apostolicam monumentis suorum mandauit volumen. Et hic in pace diem clausit extremum.

De sancto Leonide martyre. Lap. xxxij.



Leonides martyris apud alexandriā

passus est sub Seueri imperatoris persecutoribus et in carcere tritus est. Lui Origenes de domo adhuc adolescentis anno xij. xvij. epistolam exhortatoriā scripsit ipsum ad fidei constantiam et passionis toleratiā exhortā. Lungo dīs gentilium immolare non acquereret: et christū negare renueret: pro martyrio christi capite plexus est. Alexandriae a christiani tumulatus iacet. Nec ecclesiastice hystorie libro. vi. capi. ij.

De sancta Dammea regina et martyre. Lap. xxiiij.

Undecimus.

Dammea regina



gina mater fuit imperatoris alexandri. Quis tēpore origenes in ecclesia dei sapientia et eloquentia ac vita floruit. Nec ut de ea scribitur lib. vi. cap. xvij. de raris religiosa femina: cum de origene fama magnifica ubiqz et celebris haberetur. Ita ut nec principum quidem lateret aures missis militibus viris antiochiam: ubi per idem tempus ipsa regina degebatur: cum omni honore et supplicatiō ad se famulum dei orat venire ut sacrarum litterarum et fidei ab eo perciperet documenta. A quo et ipsa catholice religiosis et diuini verbi monimenta suscepit: et baptisimi christiani latenter sacramentum excepit. Ob quod ab imperatore alexandro filio suo christiana nominis persecutore imperfecta est et martyris domini consecrata.

De sancto Firmiliano episcopo et confessore. Lap. xxv.



Firmilianus episcop-

scop apud cesareā cappadocie claruit temporibus alexandri imperatoris. Hic eiusdem urbis episcopus fuit et origenis auditor. Tantqz veneracionis erga ipsum precepto: ē suum habuit ut inde sinēter scientie et doctrinæ eius gratia: enī cōstringeret secum morari. Sed et ipse dælecta ecclesia ad eum properabat: et vtebat religiosa quadam vicinitudine: dum ipsum modo ad instructionem ecclesie sue illū euocaret: modo ipse sui profectus gratis ad eum pergeret: et docentie in igitur diebus ac noctibus assisteret. Hic ad antiochie plebem gratam scripsit epistolam contra paulum presbyterum samosatenum tunc nuper in consilio anthiocheni. de heresi damnatum. Processu vero temporis ipse beatus episcopus cum occasione dicte heresis penitus extirpande veniret antiochiam: dum esset apud tarsum in pace quieuit: cuius corpus cesaream translatum ibidem sepultum est. Nec eusebius lib. vij. capitulū. xix. et libro. vij. cap. xvij.

De sanctis Theodoro et Anthinodo, ro episcopis. Lap. xxvij.



Theodorus et An-

tinodus episcopi fratres germani apud poti prouinciam clauerunt temporibus maximini imperatoris. De quibus tradit eusebius libro. vij. capitulo. xxij. Q major horum natu theodorus vir famosissimus fuit: qui in episcopis apud pontum egregius nominatur: fide et virtutibus atqz scientia per omnia apostolicus. Sed eius frater anthinodus quos Origenes

De sanctis quoꝝ cer. dies cele. igno. Fo. cclxxvij.

de auditorio rhetoris retractos: studia cōmuniū litterarum in diuinam suasit philosophias cōmu-
tare. Quiꝝ apud eū per quinqueūnū verbo dei
opera dantes: in tantū profectū diuine eruditio-
nis atqꝫ scientie peruerunt: tantūqꝫ vite meri-
to & cultu eniuerunt: vt ab his scholis eius imma-
tura adhuc etate: ad episcopatus prouincie pons-
ti sacerdotium vterqꝫ raperetur. Quiꝫ ambo ibi-
dem in christo quiescunt.

De sancto Syro martyre.

Lap. xxvij.

Sy' marty apud alexa-
driaz passus est sub dec̄is cesaris
persecutione. Dic cū res cuiusdā
potentis sub mercede procura-
ret: iubetur ab eo idolis imolare.
Recusans cogitūt iniurias. Per-
sistens rursum mulcetur blandi-
as. Cum ḡo vtrūqꝫ contñeret:
preacuta sude validissime transuerberatus: & per
mediaviscera neci traditur: & martyrio coronatur.
Dec eusebius libro. vi. cap. xxxi.

De sancto Cheramone episcopo
et martyre.

Lap. xxvij.

Cheramo marty

ty & episcopus venerabilis senex
apud alexandriā fuit. Hic pontifex
viribꝫ egypti fuit que dicit nico-
polis. Qui tēpoze deciane pse-
cutionis: cum ad arabicum mona-
tem vna cū grandeua coniuge di-
scessisset nulli ultra apparuit. Et
cū ad perquirendum eū plurimi
christianorū frequentissime pro-
cessissent: perscrutatis omnibus locis neqꝫ ipsoꝫ
ultra quispiam neqꝫ corpora eorum potuerunt in-
uenire. Dec eusebius vbi supra.

De sancta matre quedam & filiabus vir-
ginibus & martyribus.

Lap. xxix.

Sancta quedā
mater cū duabus filiabus virginibꝫ
apud alexandriā passa sunt
sub psecutione diocletiani & ma-
xiiani augustorū. De qđ refert
eusebius lib. viii. cap. xiiij. q cū eēt
pulchritudine & pudicitia formosa
genere nobilis & copiosa facul-
tatis: filias duas virgines habe-
bat ad materne pudicitie regnū
enutritas: specie simulz moribꝫ se imitātes. Quas
religiosa mater fīm preceptū dñi & timore diuinū
dedicauerat. Cū autē declinande psecutionis grā
sui absentiā pcurarēt: missi a preside milites rep-
tas eas venire antiochiā cogunt. Sed cū perurgē-
tibus militibꝫ vēhiculo iter agerent: religiosas pu-
dicas mater filias lamentatur: q cas gentiles stu-
deant: aut a deo: aut a pudicitia separare. Morta-
turqꝫ illas ne mox pertimescant: ne despacta pu-
dicitia viuere cū turpitudine cupiant: admonetqꝫ
illas necem eis aut opprobriū paratū peruenire:

impudicoz cursu prēripere. Cū autē filias ad ta-
le propositū videret accensas: & ad quandā fluuiū
peruenissent necessitatis causa se descendere yel-
le simularunt. Et dñ custodes paululum naturali
vercundia secesserint: fluij se rapidis fluctibus
insecerunt. Sicqꝫ immaculatū domino spiritū red
diderunt. Hec eusebius.

De sanctis Adaucto & sociis mar-
tyribus.

Lap. xx.

Adauctus marty

ty cū innumerabilibꝫ vtriusqꝫ
seru & omnis etatis socijs apud
phrygiā passus est. De quo euse-
bius libro octavo capitulo secun-
do tractat: q erat dux cuiusdam
ciuitatis in phrygia posite in qua
erant omnes populi chiani: ipse
autem in natione italus sup vni-
uersum erat populum constitutus. Cum autē Dio-
cletianus imperator gentilium legionem milituz
illuc misisset: vt omnem ciuitatis illius plebem
immolare compelleret: illiqꝫ omnes vnanimes se
christianos esse dicerent: et omnino sacrificare co-
cepissent. Adaucto duce & curatoe ciuitatis po-
pulum exhortante: porre vrbis a gentilibꝫ clau-
duntur: ipsaqꝫ ciuitas omni ex parte ab eis circu-
datur: & immiso igne oppidum vna cum viris oī-
bus ac mulieribus parvulis pariter ac senibus co-
crematur: ita vt nullus penitus ex illa vrbē etiam
cū optimo volentibus daretur abscederet. Sicqꝫ
oēs ciues prefati celestis hierusalem ciues effecti
glorioso martyrio coronantur.

De sanctis pluribus martyribus apud
alexandriam.

Lap. xxxi.

Martyres pluri

mi apud alexandriā passi sunt sub
persecutione antedicti Diocletia-
ni. De quibus eusebius octavo li-
bo capitulo duodecimo refert q
tricatis auribus atqꝫ in honesto
vulnere naribus manus quoqꝫ ce-
tero: inqꝫ mēbrorum summitatibꝫ
amputatis: truncum sinebant abi-
re derisum. Quidam ḡo in craticulis pruni sub-
terpositis torrebantur. Inter quos duos nobilea
sinuēs dum cōprehensi simulacris immolare co-
gerent: se ad aras duci postularunt. Et cū fuissent
adducti manus suas ardenti igni supponentes: &
quousqꝫ omnis caro in ignem destueret: immobili-
ter pdurantur. Alīj ḡo cum ad sacrificandū quere-
rentur: sacrilegā pollutionē vita
precipito finierunt. Minore qui-
dem tolerante fiducia: sed cōser-
uande fidei maiore cantela.

De sanctis quattuor episco-
pis martyribus.

Lap. xxij.

Quattuor sancti
episcopi apud alexandriaz passi
sunt sub diocletiana persecutio-



Liber

ne. Quorū nomina hec sunt: primus phileas: secundus hesychius: tertius pachomius: quartus theodosius. Hec vrbibus egypti episcopi p confessio ne nominis xpiani glorio apud ipsam vrbem sunt martyrio coronati. Hec eusebi⁹ lib. viii. cap. xiij.

De sancto Pafnutio epo. Cap. xxix.



Pafnutius epi- scopus ex egypti prib⁹ vnu sicut et numero confessorum illoꝝ episco posuit: quos maximianus imperator dextris oculis effossis: et sinistro poplite preciso p metallis damnauerat. De hoc libro. x. ecclesiastice hystorie scribit: q̄ interfuit consilio primo sanctorum patrum prius apud niceam sub constantino au- gusto xpianissimo celebrato. In quo tanta virtutū inerat gratia: vt signa per eū nō minus q̄ ducū p apostolos fierent. Nam et demones tantū verbo su gababat: et regos sola oratione curabat. Sed et cecis dicitur visuꝝ reddidisse: et paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quā constantinus in tan ta veneratione et affectu habuimus sepius eū intra palatium enocatū cōplete retur: et illum oculum: qui in confessione fidei fuerat euulsus: antioribus oculis demulceret. Et hic ad ecclesiam suam reductus senioꝝ consecutus: post vitam virtutib⁹ insignem in pace quietuit.

De sc̄ta quedā captiuā apud iberiā. Cap. xxxv.



Sancta quedā mulier captiuā tempore cōstantini magni imperatoris claruit apd gētes iberorū: q̄ sub are pontico ta- cēs: p quā de⁹ ipsas gētes primū ad noticiā fidei conuocauit. Lū em̄ ipsa mulier xpiana apud ip- sos populos captiuata: fidēlē et sobriā ac pudicam duceret vitā: et diebus et noctibus in orationib⁹ bus persisteret: et ex hoc barbari tanq̄ quid noui mirarentur: ac quid sibi hoc vellet curiosi percūtarentur. Illa se xp̄m de⁹ sui tali ritu colere fatebatur: qui velut sibi ignotaz nouitate nominis mi- rabantur. Erat autē moīs apud eos vt si quis par unlus egrotaret a matre per singulas domos cir- cunferretur: ab omnib⁹ videlicet quicq̄ experti re medī postulante. Lū autē mulier quedā parvulū suum languidum per omnes circuntulisset ex mo- re: nec aliquid remediū cepisset. Cenit ad captiuā vt si quid sciret: ostēderet. Illa se nihil remediū hu- mani scire testarunt: christum tamen deū suum quē colebat: salutem hoībus desperatā posse ipsi da- re confirmat: parvulum itaq̄ cilicio suo superpo- situm oratione sua sanus reddidit matri sue. Ser- mo defertur ad plures factiq̄ famā magnifici ad aures regine grauisimē egrotantis et iam de se salu te quasi desperantē perlabiliter q̄ rogat ad se mu- lierem deduci illa negat accedere: ne nimis de se videretur presumere. Regina facit se ad mulieres portari. Que similiiter supra cilicium eius posita: inuocato christi nomine continuo surrexit sanata.

Undecimus.

Docet captiuā reginam christū esse summī dei filium: qui auctor est incolumentis et vite: qui et re- gibus regna distribuit et mortalibus vitam. Quod domū regresa marito regi percutanti causam subite sanitatis aperuit. Ille mulieri munera pre- sentari iubet. Regina vō ei responderet: q̄ mulier ni- bil in auro vel argento appetit: sed ieiunio quasi cibi pascitur. Nihilq; altū pro munere querit: nisi vt christus a rege et omni regno eius colatur. Ad hoc autē rex signor fuit: et quis ad christum affe- ctum haberet conuersionē distulit. Ad quod tamē vxor illi sepius cōmonebat. Quadam die in silvis venāte: subito aer densissimis offuscat: dies in terre noctis caliginē vertit: cūctiq̄ regis comis- tes nesciente s quo se verterent hincinde disper- guntur. Solus rex obscuritate nimia circūdatuꝝ: desperatione salutis anxius mente xp̄m inuocat: vt si vere deus est quez captiuā vxori predicerat: nunc se de his tenebris eruat: vt ex hoc xp̄m omis- sis oībus colat. Ilico lux terre redditur: et rex incō- lumis ad domū reuertitur. Qui regine p ordines gesta oīa pandit. Euocat captiuā: et nullum alium preter xp̄m se veneraturū confirmat. Illaqz regi poscenti colendi venerandiq̄ modū inqūnt erat femine pandit. Fabricari ecclesia monet: formāq̄ describit. Igitur rex omni populo conuocato que gesta cuncta fuerant exponit: fidēq̄ doctus nondū tamen initiatuſ aperit: sueq̄ gentis primū apostolus fit. Redunt viri p regem: femine p re- gina: cunctisq; id volētibus ecclesia instanter in- struitur. Elevato igitur iam muroū ambitu: dum intra colime collocari deberent: erectis duab⁹ pri- mis: cū tertia iam media parte fuissest erecta con- sumptis oībus machinis hominūq; ac boum viri- bus: attritisq; oībus: ne loco quidem moueri po- tut. Sed cum interruſt noctis oīs abscessissent: sola captiuā mulier in oratione pnoctauit. Facto summo mane rex et populus an̄x⁹ intrgressu vi- dent colūnam quā tot machine rotq; populi mo- uere nequuerant erectam: vt supra basem suam librate suspensam vniū pedis spacio in aere pē- dentem. Oīs populi admiratēs verā esse fidem christi acclamabant. Et ecce in oīlis omnīs mirā- tū nullo contingente: colūna sensim supra basim suā deposita summa cū liberatione cōsedit. Post hec reliquias colūnariū numeris cū summa facili- tate suspensus est: adeo vt oīs que supfuerāt ipsa die locarent. Fabricata igitur ecclesia et perfecta populi maiō: is ardorū fidei salutē stientes totius gentis legatos ad cōstantinū imperatore inittūt qui rei seriem exponunt: sacerdotes sibi delega- ri petunt: qui ceptū erga se dei munus implerēt. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmis- sis: amplius ex hoc letatus est q̄ incognita illas romano imperio gentes inuixisset. Sicq; docti- na nouiorum predictorum: nouis populus fides christi vna cum rege et regina suscipiunt: et baptiza- ti christum exinde adorare ceperūt: mulier vō il- la apud easdem gentes: prima ibidem sacre fidei auxtrix: in sanctitate vite et miraculoz operatione perseuerans confecta senectute quietuit in pace. Hec eusebi⁹ libro. x.

De sancto Macario cōfessore. Cap. xxxv.

Macarius con-



cessor in nitre partibus in deser-
to videlicet egypti profundissi-
mo clarum tēpore valentiani im-
peratoris. Qui tertius fuit ma-
cartus preter illos duos: de quo-
um uno actum est supra. iij. noī.
ianuarij. et de secundo. xvij. iulie.
febrarij. Hic enī discipulus ma-
gni antonii fuit. Qui vna cum iſi-
doro et heraclide et pambone condiscipulis suis:
in prefata heremi vestitatem degebat. Cum autem
persecutionis arriane tēpore prefati vēs insimul
conuenientes ad mutuam charitatē ostendendam:
in suis tabernaculis positi orantes interfectores
suos expectarent: delatus est ad eos homo mem-
bris omnibus et precipue pedibus aridus. Qui ab
eis oleo perunctus inuocato christi nomine conti-
nuus fannus exurgens reuersus est benedicens
deum. Ecce quidam ad cellam macarii itinere
dierum trium in deserto posita se adduci fecit.
Quo post h̄ multo labore peruenit: macarium do-
mi non inuenit. Contristatus autem: sed fernore
fidei crescēs fecit se applicari ad partem illam pa-
rietis vbi senio: cubare solebat. Et exinde parum
luti aridi: vbi paries oblitus erat assūpsum: et pal-
me sue superposuit: aquam quoq; de puteo vnde
vir sanctus bibebat haustam sibi deferri rogauit:
cum qua soluens glebulam lutum fecit: oculosq;
inde perunxit: et aqua diluens repente visum rece-
pit: nulloq; ducente regressus domū cunctis po-
pulis rem gestam publicauit. Habebat autē maca-
rius leene speluncā cellulę sue vicinā. Die quadā
velua catulos suos cecos ad eum pdixit et ad pe-
des eius posuit. Qui cum intellexisset pro cecita-
te catulorum bestia filios applicare: orauit ad do-
minus et protinus catuli receptorum visum. Et se-
quentes matrem ad speluncā redierunt. Et paulo
post ipsa cum catulis regredieb; pelles ouiuizplu-
rimas velut munus pro gratia ad senem mori-
oris auctas detulerunt. Cum autē lucius qui-
dam prefectus alexandrie christianos persequere-
tur. Iussit predictos omnes patres a grege suo
raptos in insulam egypti paludem deportari: in
qua nemine esse comperat christianum. Sed cum
senex noctu ad insulam deducti fuissent: in qua
erat templum idolozum ab incolis summa vene-
ratione obseruatz: statim ut nauicula applicuit:
sacerdotis templi filia arrepta spiritu clamare ce-
pit stridens et rabiens: et per populos hincinde
discurrens. Quam populus detentam ad senum
nauicula deduxerunt. Et cum ante pedes eoz vlu-
laret: et sanctos viros cur ad demones loci illius
expellendos venissent: interrogaret: illi malignū
increpantes spiritum effugarunt et puellam sa-
nam parentibus reddiderit. Qui vna cum insule
populis cōuersi ad xp̄m et templi antiquissimi de-
struerunt: et ecclesiā edificauerunt. Qd dum lucio
alexandrie nisiuati fuisset: timēs ne ex sancto pa-
trum fessitia fides xpi amplī cresceret: occulte
eos ad heremū remitti iubet: vbi macar vteiuhs
et orationib; iugiter intentus in xpo feliciter ob-

dormiuit: cuius corpus alexandrie tumulatum est.

De sancto Piatone presbytero et
martyre. Capitulum. xxvi.

Platon presby-

ter et marty; apud tornacum cui
tatem passus est sub dominianī
imperatoris persecutione. Hic
alio nomine piatus dicitur. Qui
ex urbe rome oriundus: indeq;
egressus a beato dionysio episco-
po apud galliam presbyter ordi-
natus: et ab eodem ad tornacen-
sem ciuitatem ad predicandum
directus est: vbi multitudinem paganorum euā
gelizans ad christi conuertit. Ad hunc cōpreben-
dendum prefectus nicias destinauit: qui ab eisdē
apparitoribus detectus et iudici oblatus: dum chri-
stum confiteretur: patino quidem fustibus ced: de-
inde iussus est capite tricari. Unus corpus trun-
cum et epanime caput propriis manibus accepti
plusq; per duo miliaria deportauit: videlicet usq;
ad locum vbi diuinus sepulturā elegit: vbi et glo-
rioso occumbens tumulatus quiescit. Quo mira-
culo ultra mille gentilium conuersi sunt.

De sancto Didymo alexandrino con-
fessore. Capitulum. xxviiij.

Didymus alexan-

drinus confessor et doctor floruit
tempore valentiniani imperato-
ris. Hic in parva etate lumen oculi
lorum amisi: adhuc pene priorū
elementorū ignorans: quo non ob-
stante tantū sui miraculū mūdo
prebuit: ut dialecticā: arithmeticā:
geomētriam: quarum figura-
rales propositiones et principia
permaxime visu indigent: vlsq; ad perfectum di-
cere: omniumq; deo docente: in breui diuinariū
et humānariū rerum eruditione ac scientiam per-
cipit. Ad tante autem perfectionis apicem deuen-
nit: ut schole ecclesiastice doctor extiterit: illu-
stresq; viros auditores habuerit: videlicet etha-
nasium episcopum: hieronymū presbyterum: basiliū
cesariensem: ceterosq; plures doctores in-
signes in ecclesia dei sapientia admodum proba-
tos. Sanctitate quoq; vite non mediocriter efful-
git. Qui nunq; turbari vissua fuit: p corporeum lu-
men oculorum perdidisset. Hic plurima insi-
gnia edidit. Bibliam enim totam interpretatus
est. Commentarios dictauit in psalmos omnes. In
euangelio quoq; matthei et iohannis. Scriptis de-
dogmatibus contra arrianos libros. ii. De spiritu
santo librum quem Hiero. ex greco translatis in
latinum. In eliam tomos. xvij. In osee scribens
ad hieronymū commentarij libros. iii. In zacba-
riam eiusdem hieronymi exhortationis lib. v. In
iob commentarios. Multaq; alia: que ipse idem in-
dicare potuit scribentibus. Quienam in xbo. lxx.
anno iam exacto virtutibus et sapientia pollens.
Alexandrieq; tumulatus iacet.

De sancto Didymo abbate. Cap. xxviii.



Liber

Didymus sener



De sancto Pione abate. Cap. xxxix.

Pion abbas in

thebaidis deserto floruit sanctitate. Qui quotidie ambulans comedebat: ut minores sentiret delectationem: pergens ad heremum fodit pturem: et inueniens aquam amaraz: eam oratione in dulcedinem conuertit quam omni postmodus tempore usus fuit. Cum autem moyses abbas et eius monachi fodientes: aquam inuenire non possent. Pion oratione premissa terram percussit: et aqua inde immediate scaturit: de qua tamē minime gustare voluit: sed eam ad usum illozum fratrum dimisit. Hic sub abbate antonio. xx. annis et eo amplius in sancto instructus est proposito. Qui de domo parentum egressus nūq; amplius ab eis visus fuit. Requisitus autem a sorore vidua: ut eam visitaret: quem ipsa languens videbat cupiebat: cum duobus sororibus filiis de mādato patris antonij ad dominū illi accessit: clausisq; oculis ingressus et egressus: se ab eavideri pmisit: eaq; mīmē respiciens: mox adheremū repedauit. Hec ubi supra.

De sancto Apelle cōfessore. Cap. xl.

Apelles cōfel

so: egyptius ex fabro ferrario conuersus est. Qui opus hoc exercens die quadam diabolum sibi in specie mulieris inueniens et elegantis apparente ferro candente percussit in facie: qui stridens et gemens evanuit. Ex quo die sanctus vir ferrum candens in manu sine lesioe tenebat. Cladens autem ad heremum cibum nūq; sumpsit: nisi tantum dominica die de manu sacerdotis eu charistie sacramentum. Esteris diebus nihil per cipiebat: sed opibus manuum insitissē cingula in mentorum de palmarum foliis texebat. De quibus egri tactu sanabantur. Nam dum quidaz claudus a nativitate: ut aliquo portaretur camelō im positus: dum pedibus cingulum quo iumentum cinctum erat: quodq; vir sanctus tererat tetigisset: confessim descendens pedibus solidis ambulauit. Hic etiā ab angelo diuina repletus scientia: multos suis sermonibus edificabat: et virtutis fratribus ac virtutes latentes per spiritum cognoscet. Hec in vitis patrum.

De sancto Plamone psbytero. Cap. xlj.

Undecimus.



Plamō presbyter in heremo de scyti floruit. Qui die quadam missam celebans vidit angelum stantē contra altare: monachos presentes in codice scribentem: absentes scriptos delētem. Et dum illi ad cōmunionem accederent: angelus quisdam scribebat nomina: quo:ndam dimittebat. Plamō autem post missam discussis illis qui scripti non fuerant: innenit in singulis eorum mortale peccatum. Quibus reuelata narrās: rādiū cum illis fuit: donec eidem iterum angelus apparuit: et eos cum ceteris ascripsit. Hec in vitis patrum.

De sancto Beniamin sene. Cap. xlj.



Bēiamin sene in heremo fuit octuaginta annorum qui miraculis clarescens quos: cunq; egros ad se delatos: oleo unguiebat et continuo sanabantur. Ipse autem adeo hydropticus effectus est: ut per ianuaz celle sue nisi remotis aliquib; tabulis esferri non posset. Quia passione per menses viii. ante suum obitum laborauit. Omnes autem infirmos ad se venientes sanabat: cunctosq; rogabat ut oraret deū pro anima eius de corpore nil curātes: eo q; dum esset sanus nihil sibi profuisser. Hec ubi supra.

De sancto Loprete presbytero et confessore. Capitulum. xlj.



Lopretus presbyter anno:um circiter. lxx. in heremo thebaidis fuit. Luius dum gentilis quidam olera furatus esset: et ea ad coquendum compoñuisse: neq; coquiti poterant: nec calescierunt. Quod ille videns ablata sancto retulit: et conuertus baptismum suscepit. Eadem nocte fratres superuenierunt ad coprētē: unde sanctus duplices honores dño per solū it dum olera restituīt eisdem apposuit. Qui dum fratrib; ad seueniētib; pro edificatione eorū mirabilia quedā narraret: q; vīs vīnis ex illis credere poterat: dormitati ipsi vīsus est liber aureis litteris scriptus manib; coprētis: et vox senis veneranda audita est fratrē increpatis: cur fidē audiatis non adhiberet illeq; euigilans cōpunctus est. Arena vero pedibus eius attrita: per agros conspersa terre sterilitate auferrebat. Hic dum quendam manicheū populi seducentem disputans excludere nō posset: fecit ignem accēdit: eo pacto: ut quisq; eorum flāmas ingressus inustus exiret eius fides approbata esset: ipseq; primū ignē intrans illesus exiuit. Dum autē hereticus intrare nollet a populo in flāmas violenter iniectus est. Dum autē mori se videret coprētis auxiliis implorauit. A quo eductus dum pertinaciter conuerti

D e s a nctis quoru*m* cer. dies cele. igno. So. cclxxix.

nollet ab eodem electus et dimissus abiit confusus.

Dec heraclides.

De sanctis Syro Paulo et Esata con-
fessoribus.

Capitulum. xliij.



Syrus paul² et

esaias monachi fuerunt in scy-
thi. Quicunq*m* sibi sicutem ad ri-
pam fluminis occurserent ut fra-
trem quedam anub nomine visi-
tarent: orationes fuderint: ne in
via impeditur. Statimq*m* na-
vicularum sibi apparente sine re-
mo vel remige iter tridui una ho-
ra contra istum flum perfecerunt.

Cunq*m* applicuerint: reuelatus est esiae q*m* vir ad
quem ibant eo: um secreta cordium nouerat. Paul
o reuelatum est: predictum anub post tridui esse
migraturum. Syro autem reuelatum est anub sibi
mane occursum. Cum autem illa nocte in ora-
tionibus pernoctasset: anub mane ad eos venies
eorum secreta eis patefecit: quo manentes tri-
bus diebus ab eo edificati sunt. Illegit in eorum
manibus expirauit: et ab eis sepultus fuit. Dec in
vitis patrum.

De sancto Efrate monacho Cap. xlv.



Efrates mona-

cibus apud antiochiam claruit
tempore valentis arriani impe-
ratoris contra catholicos feuen-
tis. Quem per plateas ciuitatis
antiochene ambulantem: vili ba-
bitu contrectum: et longa senectu-
te confectum imperator respi-
ciens: interrogauit quis esset et
quo iret. Lui ille se christianum
monachum et pro suo pergere imperio oraturum
respodit. Quem impator redarguit: eo q*m* domi mo-
re monachi stare deberet. Ille autem pro omnib*m* christi
liberadis se egressum dixit. Cubiculari autem ce-
ris sancto viro morte consumatus est: eo q*m* princi-
pi nimis superbe loquereb*m*. Et dum inde recedeb*m*
imperatori balneum pararet: subito mente aliena-
tus furibundus in aqua feruentem se iniecit: et ibi ex-
tinctus: multis hereticis ad veritatem fidei catho-
lici redeundi exemplum dereliquit.

De sancta Sarra abbatissa. Cap. xlvi.



Sarra abbatissa

claruit in scythi tempore theodo-
si senioris: que. xiiij. annis a spiri-
tu fornicationis impugnata for-
tissime exorab*m* dominum: non ut
pugna recederet: sed ut sibi for-
nitudo daretur. Lui tandem sua
per lectulum facienti spiritus im-
mundus apparuit: q*m* ens se ab ea
victum fuisse: illa vero non se: sed
christum illum viciisse respondit. Hec supra alue*m*
fluminis. lx. annis habitavit: et nunq*m* inclinata est
ut flumen aspiceret: ne forte ex tali visione deles
stationem assumeret. Dec in vitis patrum.

De sancta Syncletice abba-

tissa. Capitulum. xlviij.

Syncletice ab-

batisse unde fuerit vel ubi in de-
serto locum pro sua habitatione
habuerit nusq*m* reperitur. Puta-
tur tamen q*m* in deserto ubi tunc
monach² egypti ut plurimus ha-
bitare confuerant. Quod au-
tem vite probatissime fuerit: ex
multis dictis eius et auctorita-
tibus: que in vitis patrum in ex-
eo

plum leguntur: satis colligi potest.

De sancta tabita virgine. Cap. xlviij.

Tabita virginus fuit ex
sororib*m* degenti
bus in monasterio illo grati the-
baidis: quod helias abbas per-
fecit: in quo et trecentas femi-
nas congregauit: de quo supia
actum est tertio idus septem-
bris. Dec autem in ipso cenobio
denotissima fuit: et in tantum hu-
miliis: q*m* ab omnibus despiciebatur: et quasi insa-
na reputabatur coquimeq*m* opera et alia quoq*m* vi-
lia officia et imponebant: que illa fideliter admini-
strans: nec cum alijs ad mensam sedebat. Lui etiam
sorores multa conuicta inferebant: illaq*m* omnia
patientia munita tolerabat. Angelus autem do-
mini sancto piterio abbati in heremo dudum con-
uersanti apparuit: eumq*m* admonuit: ut ad dictam
sororem visitandam accederet: eo q*m* ipsa illum me-
ritis excederet. Ille autem veniens: dum singu-
las vidisset: nec eam quam quererat cerneret. In-
terrogat sorores: an alia superesset: ille vero nam
insanam et amentem superesse dicunt. Quia addu-
cta sanctus vir pedibus eius aduolutus ei ac ces-
teris per angelum reuelata narravit. Tunc oca-
moniales ad pedes tabite procidentes de illatis
in iuris venient postulabat. Pro quibus tam ipsa
virgo et sanctus abbas orauerunt. Daucis post
modum elapsis diebus virgo ex tali facto inanem
gloriam fugiens: cenobium latenter egressa solitu-
dinem petiit: et quo fine diez clauserit adhuc igno-
ratur. Dec heraclides in paradyso.

De sancto Phyllorbonio pres-
bytero. Capitulum. xlviij.



Phyllorboni²

presbyter de regione galatiae im-
perante iuliano seculo. renun-
ciavit. A quo sibi calicis facta
durissime verberibus stritius
ac dimissus est: qui mox ad here-
num properans et cum fornicatione
et inlinu*m* maximam pri-
mo habuit pugnam: quam tan-
dem summa abstinentia et peni-
tentia superauit. Nam per annos. xvij. in qua-
dam cella se clausum ferro oneravit: et nec panem
nec coctum dicto tempore aliquando comedit.
Super huc et. xxxij. annis nullo pomorum genere

Liber

vens fuit. Deinde postq; spiritualia certamina vi-
cerat: cum spiritibus etiam visibiliter et corpora-
liter per annos. xl. luctam habuit. Prioreta metu
mortis per annos. vi. intra sepulchra mortuorum
se inclusit: ut sic demonem quem ex mortuorum
memoria metuerat ex eorum aspectu continuo su-
peraret. Ipse de labore manuum suarum. ccl. soli
dos elephantosis prestitit: et romam: hierosoly-
mam: et alexandriā: ac plura alia loca sacra pere-
grinationis gratia pedestris visitavit. In morte
protestatus est se nunq; ex sensibus suis a deo
fuisse superatum. Hec heraclides vbi supra.

De sancto Badano sene.

Capitulū. l.



Badanus senex

circa iordanem semper sine te-
cto sub diuo habitat. Contra
hunc iudet quidaq; emuli venien-
tes inuidia furibundis et armatis:
dum vnius illorum eum ferire vel-
let: dextera quam erexerat: subi-
to aruit: et ex eius digitis gla-
dius excidit. Hec vbi supra.

*De sancta Silvia vir-
gine.*

Capitulū. l.



Silvia virgo ru- fina

fint alexandrie prefecti soror in
heremo thebaidis provincie su-
periori degebat: que per annos
novez: nec ora: nec pedes: nec ali-
quam membrorum partem exce-
ptis digitis aqua lauit. Et dum
decumbens languida a medicis
ad balnum sanitatis percipiende gratia instan-
tius suaderetur: nullatenz acqueuit. Nec aliqui in
lecto: aut lectica iacuit: sed super nudā humi cu-
bavit. Hec eloquissima erat et amoze sacrav. Ira-
rum noctes in die vteco legebant. Hec heraclides.

De sancto Sisinnio monacho.

Capitulū. ls.



Sisinnius mo- nachus

nachus discipulus abbatis elpi-
di: de quo supra dicti est in eius
festo. lvi. noī. septēbris. Postq;
apud eum. vi. vel. vii. annis fui-
set: intra quoddam sepulchrum se-
inclusit: in quo per triennium sem-
per orauit: et nec die: nec nocte de
ambulauit: aut sedit: aut iacuit.
Qui etiam contra demones spe-
cialem gratia meruit. Adeoq; sine vlo vito men-
tis et corporis viri: vt nullam esse
gnis distatiā inter mares et femi-
nas cōprobaret. Tandē egressus
ad cappadociā patriā suā: et p̄sby-
ter effect̄ fratres et sorores inviu-
cenobii collegitvbi et pace heuit.

*De sancto Diocle con-
fessore.*

Capitulū. lisi.



Diocles olim phis- sophus secularis ad celestis phis-

Undecimus.

Iosophie studium animatus est. Qui ad heremū
superiorē thebaidis accessit: et in artissima spe
lunca annos multos exegit. Ad se autem venientes
admonebat ut sui exēplo eorum desiderio animū
semper cum deo esse studeant: in ipso quoq; spe-
covite terminum dedit. Hec vbi supra.

De sancto Capithone confessore.

Capitulū. liii.



Capithon iuu-

nis prius latro fuerat. Post-
modum autem ad heremū trāsi-
eris quinquaginta annis in an-
tro quoddam habitauit. Nec ex-
tunc vsq; ad tertium vrbis ale-
xandrie lapidem: nec vsq; ad flu-
men nili aliquando accedere vo-
luit: dicens q; si se conuersatio-
ni hoīm adhuc igereret: intimic-
quē nondū vicerat ei fortis repugnaret. Hec ille.

De sancta Amata virgine.

Capitulū. lv.



Amata virgo se-

ner annō. lxxx. abbatissa in mo-
nasterio quoddam thebaidis fuit
habens sub sui cura. lx. virgines
in abstinentia puritate eius exē-
plo et doctrina viuentes. Inter
quas erat virgo quedam nomine
toza annorum circiter. xxx. pul-
chra facie et decorata: sed animi pu-
ritate et castitate formosior: que
nunq; noua tunica vel melote aut hoīis calciane-
tis vti voluit. Ibus autē sororibus die dñico ce-
nobium egredientibus et ad ecclesiā pcedentibus
illa sola cum abbatissa domi manebat. Haec amata
per annos. xl. qbus monacha fuit nunq; limen ce-
nobij trāsuiit. Cui sc̄ns marty: colonatus appa-
ruit: eamq; proxima dñica futura in sua ecclesia
ad prandium secum invitauit. Tunc illa p̄imū post
annos. xl. ad ecclesiā martyris venit: panem et olea-
ra secuz ferens: vbi sumpto cibo et facta oratione ad
monasteriū redit: filibusq; vīsa exposuit: seqz ci-
to migraturam predit. Et post duos dies nulla
egritudine corporis aut dolore capitis vexata: se-
vt erat sepelienda componens emitit spiritum.

De sancto punico abate.

Capitulū. lv.



Punicus ab-

bas cum esset presbyter et maxi-
mi cenobij in egypto pater cun-
ctis honorabilis: fugiens hono-
rem seculi b̄filitatis gratia iam
senex de cenobio latēter fugit:
et habitu seculari assumpto so-
lus accedit ad monasteriū tabē-
nesiotoriū: qd in ultimis thebaicis
de partibus articulis vite esse co-
gnouerat. Ibiquā dicitissime p̄ se foribus p̄seuerās
se in morachiū suscipi postulabat. Quē illi recipie-
re recusabant: eo q; non devotionis causa: sed vel
alende senectutis: vel famis reprimēde: ipsuz iam
proutiū ad monasteriū accedere velle putabant:
tandē summa importunitate ab abate susceptis

De sanctis quorū cer. dies cele. igno. **F**o. cclxx.

juniori cuiusdam commendatus est. Qui adeo obediens
fuit; ut etiam indigna et aspera officia; etiam sibi non
imposita exercebat: numquid auctoritas quod presbyter
aut pater matris cenobii fuisse. Nocte etiam con-
surgens quedam necessaria furtim adimplebat: ut
auctoritate operis nemo deprehenderet. Lunus per
biennium incognitus ibi mansisset: requiritibus illis
vbiq[ue] fratribus suis, tandem a quodam domino terrâ sarculo
soderat: et stercora gestaret vix cognitus est. Qui
abbatem et fratres loci vocavit: et quis esset puni-
tus vel qualis fuerat eis innotuit. Illi autem ve-
niam postulabat: eo quod sancto presbytero et patri
monacho et ignorantibus yilia imposuerat. Qui in-
vitatus et flens a priori cenobium gubernandum re-
dierat: ubi et post modicum tempus feliciter in pace
quienerat. Nec heraclides.

De sancto Theremone abate. Cap. lli.



De sancto artebio epo. Cap. lviij.



De sc̄to Haberden ep̄o & martyre. Cap.lix.



De sancto Cassiodoro cō-
fessore.



Lassiodorus con-
fes-
sor ex senatore monachus quod
dam theodorici regis italie ca-
cellarini: natione apulus: flo-
ruit tpe childeberti regis fran-
cor. Hic vite sanctitate admo-

dum effulgens divina et humana litteratura pol-
lens nonnulla perutilia ecclesie dei digestis. Scri-
psit nempe librum de trinitate. De anima. De ani-
ca. Familiarum epistolas. De orthographia. Su-
per psalterio centum et quinquaginta tracta-
tus super centum et quinquaginta psalmos. Scri-
psit etiam historiam tripartitam. Et iustiani
primi temporibus humanitatis debitum soluit.
Sepultus in miraculis viuit.

De sancto geremaro abbate.

Beremarus ab



De sancto Rheinachlo epis-
copo. Capitulū. lxxii.



scopus traiectensis claruit tempore imperatoris constantini in nioris: ut dicit sigibertus. Qui postquam commissari sibi ecclesiam aliquo tempore verbis atque exemplis feliciter gubernasset: tandem peresus secularium tumulum: episcopatus resignauit et monachalis vite habitum assumens: christo deinceps iugiter militauit. Et sub monachali obedientia de magistro effectus obscipulus in pace quietus.

Gde sancto Landelmo confessore. Cap. ixiii.



Adelmanus cōfessor: qui et morosus a sancto austero episcopo cameracē. ex predone ad christum conuersus et monachus effectus a beato martino episcopo turonensi ad predicandū destinatus: fundator: fuit duo et cenobio et vide licet lolobiensis alius vallis arqz crispinēs: in quo secundū corpore quiescit. In ipso igitur monasterio crispinēs cū duobus discipulis suis adeleno et domitiano claruit: ibi qz christo seruens in pace quietuit. Quo tempore claruit gislenus cellēsis abbas: maldegarī dux: qui et vicentius altimontensis et sezenzis eiusqz coniuncti valde trudis castrilotensis sororqz valde trudis aldegudis melbodiensis. Trudo etiam albaniensis: et alij multi de anglia et scotia: qui vbis verbis dñi seminabāt. Tūc tuis cenobii floraceſe a leodobaldo abate fundatur: ubi et post annorum decursum corpus sancti benedicti trālatum est: ut dictum est supra in eius translatio-ne. v. idus iulij.

De sancto Bernone abate. Cap. lxiij.



Berno primus

abbas monasterij cluniacēs et fundator: ipsius ordinis claruit tempore conradi p̄imi imperatoris. Luius anno primo ordo incepit predictus: anno videlicet dñi.cccccccxxij. Hic aut̄ multa vite sanctitate polluit: qd̄ ex ipsius ordinis institutione latius patere potest. Quia sanctus vir nūq̄ potuisse aliter docere q̄ vixerit. Qui dum morti ap̄ op̄ inquit regnū monachum suum olim musicū sibi cōstituit successōrem: ea cōditione ut ecclesia cluniacēs annuatim solueret ecclesie gigniacēs cēsum. xij. denarioz: qd̄ usq; hodie ser uatur. Tādē bernus abbas epitali lāguore detenus: vicinos eos acseruit: et se res tāto ministro lūdicās: et ab ordine seip̄m deponēs: odonem ordinat abbatem. Qui dñi p̄ viribus reniteret: vi fratrū adductus et eoz mandato sub anathema-tis pena supatus acqueuit. de quo supra in eius gestis dictū est. xij. lxx. decemb̄is. Sanctus aut̄ bernus post dies modicos in pace requieuit.

De sancto Edgario rege et cōfes. Cap. lxy.



Edgar rex an-

gloz in ignis frater eduit: cepit regnare anno Othonis imperatoris. xxij. dñi adhuc esset iuuenilis anno x. xv. quo naſcente dñ stanus archiebus catuariensis audiuit vocē de celo angelice dicētem. Pax anglie qd̄ diu puer iste regnabit: et dñstanus noster virebit. Regnauit autem annis. xv. et quolibet anno noui monasteriū fundavit: totaqz insula in summa pace et iusticia gubernauit. Nam

regē scotorū ciuādum cābiorū malcoliniū: archipy ratū: mascoſiū oēqz reges vualesium numero quinqz ad curiam coactos perpetuo sacramen-to sibi obligauit. Quos apud legionū sibi occur-rentes: et pompā triūphi per fluvii deducti vna nauis impositos: quā illi remigabāt: et ipse in prora sedebat. Copartotas suos ex nimia potatione ti-more et industria refrenauit. Et adeo senerū fuit q̄ ibi nullus fuit priuatus latro: nullus popula-tis predoniſti vellet amittere vitā: quietiā oī ges-neris feras sanguinis uidas ex regno extermi-nauit. Guidualo regi guadēſiū indixit ut sibi oī anno tributū. ccc. lupoz solueret. Quod dum ille pluribus annis fecisse: nulli se amplius inue-nire p̄fessus est. Omni estate post: pachas naves p̄ oī littora adunari p̄cipiebat: et ascendens ipse met: mare circūbat: ut p̄zatas arceret: hyeme vō per p̄ouincias equitabat ut predones deleret: iū-dicia porētiorū exquirēs ne ius violaret. Quo dāt p̄ venatiū prexerat dñstanū qui secū erat ro-gas missam differre: qd̄ dñicus dies erat. Appro-pinquāte hora tertia ebs sacrī idūtus sup̄ alta-re regēs expectabat: subitoqz sopore leui dep̄ref̄s: raptus in celū subiit cantus angelorū can-tantes kyri eleysion. it. vīcib⁹. Excitat⁹ post mo-dicū adhuc expectas rapitur: et audiuit alta voce Ite missa est: et respōderit: deo gratias. Tūc acciur-ritēs eius clerici regē adesse dixerūt: quibus re-spondit q̄ missam audiuerat: nec esse opus qd̄ ea die amplius celebraret. Interrogatus a rege cur hec diceret: et q̄rē celebrare nolletvīsionē ap̄it. Et hoc sumpta occasiō regi p̄hibens ne die dñico vīterī venatiū p̄geret. Quā correptionē sanctus rex benigne suscepit et decetero obseruauit. Qui gubernato regno post annos. xv. anno etatis sue xxix. i. pace quieuit: et miraculis post obitū claruit.

De sancto deodorico epho. Cap. lvi.



Deodoric me-

tensis ebs ioperatori othoni p̄imo sanguine et dilectione conuincitus fuit. Qui dum in italia expeditione militaret: et sc̄is eph̄ cū eo p̄ trienniū in ipsiis partib⁹ extitisset: ipse vī denotissimus ex diuersis locis et cluitatib⁹ plu-rima corpora et reliquias sacerdotiū collegit: que ipse secū in partibus suis asportauit. Primū a marsia corpus elpidij confessoris su-stulit. Cum socii cadauerit: videlicet euthychē ī ipse ioperatori substulerat. Ab amiternis entychē martyrem cum reliquijs maronis et victorini so-ciorum illius. A fulginio felicianum episcopum et martyrem: a perusio asclepiodozum martyrem: a spoleto serenum martyrem cum gregorio martyre spoletanensis: a cordinio pignora vincentij martyris olim ab hispanis per duos monachos capiūt: et inde cordinum delata. A menanno al-teri vincētum episcopum et martyrem: a vicētia leontium episcopum et martyrem: a florentia my-myatē martyrem: ab urbe tudertina fortunatū epim. A sabiniis ptes corporū prothi et hiacyntbi marty-rū: et alia plurima que in ecclesia sancti vincentij:

De sanctis quoꝝ cer. dies cele. igno. Fo. cclxxxi.

martyris a se in saltuallis constructa locauit cum parte cathene sancti petri apostoli: et capillis eius: et sanguine sancti stephani p̄thomartyris: et parte craticle sancti laurentii: a iohanne papa sibi donatis. Hec omnia prefatus sanctus episcopus in dicta eccllesia denote reposuit: ubi postmodum ecclesia sua feliciter gubernata in christo quiescens tumulatus facet: et miraculis vivit. Hec signo virtus.

¶ De sancta Etheldrita regina et virginine.

Lap. lxviii.



Etheldrita regina et virgo
na et virgo in anglia claruit: ut ait beda. Que duobus nupta viris virgo p̄misit viros ad castitatis obseruantias suis exhortationibus inducens: et semetipsam illibata custodiens. Unus pater fuit anna rex orientalium anglorum qui habuit alias duas filias: s: elburgam et sexburgam. Quarum prima in monasterio gallie: quod dicitur brigis: sanctimonialis primum: post abbatis fuit: et semper incorrupta permanebat. Altera hercoberto regi cum iugis vero data est. Ex quo genuit duas filias ex cotongas: de qua beda multa scripsit: et hermenilda: que vultus regi mencioꝝ data est in coningue. Ex quo habuit filia sexburgam virginem. Mater apud belum post sexburgam abbatissa fuit: filia vero apud legioni ciuitatem quiescit. Que maxime orationes seminarunt et puerorum exaudire creditur.

De sanctis Nuldruta et Nulburga virginibus.

Lap. lxviii.



Nuldruta et Nulburga virginines sorores carnales in anglia claruerunt. De quibus beda scribit: quod fuerint filie mensu guardi fratris guelferii regis: ex uxore nulburga filia hermerendi fratris hercobi: quarum prima in cenobio sciri augustini cattariorum: secunda apud veneloch ambe signis radientes quiescunt.

De sancta Edburga virginine.

Lap. lxix.



Edburga filia eduardi regis senioris in anglia claruit. Hec ex uxore regis edelis spita, p̄genit virgo sc̄issima fuit. Que adhuc trina sic a patre probatur. Posuere illi in trielmo diversa ornamenta mulierum natura rarer affectiva: et secundum crucem et euangelium: iussaqꝫ ut quod vellet horum eligere corvo aspectu secularia despiciens: manibus iunctis crucem et euangelium adorauit: ipsaqꝫ postmodum in manibus sumpsit et osculata est. Quod pater considerans et virginis puerilem aspicuum notans: eam adhuc infantem in monasterio virginum in ymbre vinconta dedicauit: ubi ipsa procedente etate laudabiliter vixit: et humilitatem ni-

miam in omnibus exhibuit. Nam saccos pullorum sociarum furtim nocte surripiens: et diligenter lauans lectis earum rursus apponebat: in ipsosqꝫ cenobio in pace dormiuit: et signis effulgens ibidem corpore quiescit.

De sancta Eggytha virginine.

Lap. lxx.

Eggytha filia regis

edgaris angloñ virgo sancta in vilmetensi cenobio lacet: et miracula ostendit. Dicitur sanctus dominus consecraret ecclesiam dionysij: quam edificauerat: rex vidit banc puellam pollice dextro frequentem signum crucis fronti imprimere: et ait. Nunquam putrescat ille digitus: et continuo flens floridam illam rosam cito marcentem futuram predixit: auemqꝫ deo dilectā evolaturam. Quod post modicū contigit: puella de seculo isto subtracta. De qua sanctus dunstanus per visionem vidit quod sanctus dionysius illā per manum tenebat: et dunstanum amonebat: ut ipsa virgo a famulis Christi flebo nozaretur in terris: sicut a sponso honorabatur in celis. Hec in professione sanctimonialis aureis vestibus vtebatur. Unus corpus virginale in terra sepultum: dum post aliquot menses altius levatur: totum in cinereum solutum invenitur: preter dextrum pollicem: de quo dunstanus predicerat: quod nunquam marceret: et alium atque alio subiecta: que integra reperta sunt. De quo dum omnes admirarentur: virgo sancta cuidam dormienti appetens dixit: non esse mirandum: si venter ille non putruerat: quem villa libido non tetigerat. Quiescit in presata ecclesia sancti dionysij: ubi miraculis fulget.

De sancto Hildeberto episcopo.

Lap. lxxi.

Hildebertus ce

nomanus episcopus postea turossensis archiepiscopus fuit. Dic berengarii turonensis discipulus verificator et dictator egregius librum elegantem de contemptu huius vite partim metrice partim prosaice dictatus composuit: qui etiam ut ipse de se in quadam sua epistola refert: multas tribulaciones et vincula pro Christo perpessus est ab emulis: videlicet retrocli comitis cenomanensis: qui illius de comitatu elecerat: et comitatum eius usurpaverat. Qui sanctus a predictis hostibus detentus est iniuste: eo quod comitem existentem in carcere visitasset: et testamentum ipsius sua manu confititum matri detulisset. In ipsa ergo custodia multas passus afflictiones: epistolam plures scripsit. Tandem electus de carcere turoni archiepiscopus ordinatus: virtutibus et sanctitate resulxit: et apud eandem ciuitatem in pace dormiuit: ibique iacens in miraculis vinit.

De sancto Didacho episcopo.

Lap. lxxii.

Liber Didachus epi-



scop⁹ ex omēsis magister fuit sc̄i offici ordinis predictor⁹ fundato-
ris: cui⁹ et ille fuit canonici regu-
laris: et exinde superior canonice
ipsius. Dic ciiii. xii. abbatis or-
dinis cisterciensis et cluniacensis:
et cui⁹ quodam apostolice sedis lega-
to ad terram albigensem missus
est ad predicandum cōtra here-
ticos albigenenses: qui tale cōsilium collegis in offi-
cio prebuit: ut quia christum pauperē ibant predi-
care: eiusdem se vite ostenderent operibus cōfor-
mare: vt ex hoc animas faciliter lucrarent ad xp̄. Et
sic consilio didachi equitaturas et pōposam su-
pellectilem dimittere: in habitu humilitatis et ge-
stu paupertatis incedentes officium predicationis
prosecuti sunt: in quo officio predictus pater cum
sancto dominico eius canonice suppōzio sibi assi-
stente laudabiliter se gesit: et multos ad christum
convertis. Post bienniū autē ad ecclesias suā redi-
re disponens: loco sui beatūs dominici vicarium
dereliquit. Dūq; post multos labores exomā per-
uenisset: pedes transiens per castellam: ad extre-
mum sitē sue perductus est. Qui post obitum inti-
raculis claruit.

De sancto Bene abate. Cap. lxxiiii.



Bene abbas fu
it in desco thebaide: de quo hie-
ronymus dicit: q; nūc vīsus est
iurare: neq; mentiri: neq; irasci:
